44-19

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

44-19

IHS

Decreta et Canones Conciliorum Ecumenico-rum.

FACULTAD de TEOLOGIA GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

I. Si qu
qua
qu
et
mu

II Si qu
tiam
tio
catu

III. Si q
orti
pec
ut n

IV. Si qu
asser
impu
Sedde Co
inte
dim

Conc. Tridentinum sub Paulo III celebratum 13 dec. 1545. Legati: Joannes Maria de Monte, Marcello Cervino, Reginald. Pole

Sess IV.
De decreto de Canonicis Scripturis, 8 Aprilis promulgatum in IV Sessione

.....Sacrorum vero librorum indicem huic decreto adscribendum censuit, ne cui dubitatio suboriri possit, quinam sint qui ab ipsa Synodo suscipiantur. Sunt vero infra scripti: Testamenti Veteris, quinque libri Moysis, id est, Genesis etc. - - - - - - - - - -

Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueverunt, pro sacris et canonicis non susceperit et traditiones praedictas sciens et prudens contempserit anathema sit.

Sess. V. De peccato originali.

I. Si quis non confitetur, primum hominem Adam, cum mandatum Dei in Paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatem et justitiam, in qua constitutus fuerat, amisisse, incurrisseque per offensam praevaricationis hujus modi iram et indignationem Dei, atque ideo mortem, quam antea illis comminatus fuerat Deus, et cum morte captivitatem sub ejus potestate, qui mortis deinde habuit imperium, hoc est diabolo, totumque Adam per illam praevaricationis offensam, secundum corpus et animam in deterius commutatum fuisse; anath. sit.

II Si quis Adae praevaricationem sibi soli et non ejus propagini asserit nocuisse, et acceptam a Deo sanctitatem et justitiam, quam perdidit, sibi soli, et non nobis etiam eum perdidisse: aut inquinatum illum per inobedientiae peccatum mortem, et poenas corporis tantum in omne genus humanum transfudisse, non autem et peccatum, quod mors est animae; anath. sit. Rom. 5.

III. Si quis parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, etiamsi fuerint a baptizatis parentibus orti; aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati quod regenerationis lavacro necesse sit expiari ad vitam aeternam consequendam; unde sit consequens, ut in eis forma Baptismatis in remissionem peccatorum, non vera sed falsa intelligatur; anath. sit. Rom. 5. v. 5.

IV Si quis per J.C. D.N. gratiam, quae in baptismate conferitur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam asserit non tolli totum id quod verum et proprium peccati rationem habet, sed illud dicit tantum radi aut non imputari; anath. sit

V Si quis concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, S. Synodus declarat Ecclesiam Catholicam unquam intellexisse peccatum appellari, quod vere et proprie in renatis peccatum sit, sed quia ex peccato est et ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium sentiat; anath. sit. Quae Sancta Synodus in Decretum facta a Synodo in Decretum deducit.

Sessio VI. De justificatione.

Canon. I

I. Si quis dixerit, hominem suis operibus quæ vel per humanæ naturæ vires, vel per legis doctrinam fiant, absque divina per J.C. gratia posse justificari coram Deo, Anath. sit

II. Si quis dixerit, ad hoc solum divinam gratiam per C.J. dari, ut facilius homo juste vivere, ac vitam æternam promereri possit; quasi per liberum arbitrium sine gratia utrumque, sed ægrè tamen ac difficulter possit, Anath. sit.

III. S.q.d. sine præveniente S. Sancti inspiratione, atque ejus adjutorio, hominem credere, sperare, diligere aut pœnitere posse sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur, Anath sit.

IV. S.q.d. liberum hominis arbitrium a Deo motum, et excitatum, nihil cooperari assentiendo Deo excitanti atque vocanti, quo ad obtinendam justificationis gratiam se disponat, ac præparet, neque posse dissentire si velit, sed velut inanime quoddam nihil omnino agere, meræque passivè se habere, Anath. sit.

V. Si quis liberum hominis arbitrium post Adæ peccatum amissum et extinctum esse dixerit, aut rem esse de solo titulo, immo titulum sine re, figmentum denique à Satana inductum in Ecclesiam, Anath. sit

VI S.q.d. non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera, ita ut bona Deum operari, non permissive solum, sed etiam proprie et per se, adeo ut sit ejus propriissimum opus, non minus proditio Judæ quam vocatio Sancti, Anath. sit.

VII. S.q.d. opera omnia, quæ ante justificationem fiunt, quacumque ratione facta sint, vere esse peccata, vel odium Dei mereri; aut quanto vehementius quis nititur se disponere ad gratiam tanto eum gravius peccare, Anath. sit

VIII S.q.d. gehennæ, per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendis confugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores pejores facere, Anath sit.

IX. S.q.d. sola fide impium justificari, ita ut intelligat nihil aliud requiri quod ad justificationis gratiam consequendam cooperetur, et nulla ex parte necesse esse eum suæ voluntatis motu præparari atque disponi, Anath sit.

X. S.q.d. homines sine Christi justitia, per quam nobis meruit, justificari, aut per eam ipsam formaliter justos esse, Anath sit.

XI. S.q.d, homines justificari vel sola imputatione justitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia et charitate, quæ in cordibus eorum per S. Sanctum diffundatur, atque illis inhæreat: aut etiam gratiam, qua justificamur, esse tantum favorem Dei, Anath. sit.

XII. S.q.d, fidem justificantem nihil aliud esse, quam fiduciam divinæ misericordiæ, peccata remittentis propter Christum, vel eam fiduciam solam esse qua justificamur, Anath. sit.

XIII. S.q.d, omni homini ad remissionem peccatorum assequendam necessarium esse, ut credat certò et absque ulla hæsitatione propriæ infirmitatis et indispositionis, peccata sibi esse remissa, Anath. sit.

XIV. S.q.d. hominem a peccatis absolvi, et justificari ex eo quod se absolvi et justificari certò credat, aut neminem vere esse justificatum, nisi qui credat se esse justificatum, et hac sola fide absolutionem et justificationem perfici, Anath. sit

XV. S.q.d. hominem renatum et justificatum teneri ex fide ad credendum se certò esse in numero prædestinatorum, Anath. sit.

XVI. S.q. magnum illud usque in finem perseverantiæ donum se certò habiturum absoluta et infallibili certitudine dixerit, nisi hoc ex speciali revelatione didicerit, Anath. sit.

XVII. S.q. justificationis gratiam non nisi prædestinatis ad vitam contingere dixerit, reliquos vero omnes qui vocantur, vocari quidem sed gratiam non accipere utpote divina potestate vocatos ad malum, Anath. sit

XVIII. S.q.d. Dei præcepta homini etiam justificato, et sub gratia constituto, esse ad observandum impossibilia, Anath. sit.

XIX S.q.d, nihil præceptum esse in Evangelio præter fidem, cætera esse indifferentia, neque præcepta, neque prohibita, sed libera, aut decem præcepta nihil pertinere ad Christianos, Anath. sit.

XX S.q. hominem justificatum, et quantumlibet perfectum, dixerit non teneri ad observantiam mandatorum Dei et Ecclesiæ, sed tantum ad credendum, quasi vere Evangelium sit nuda et absoluta promissio vitæ æternæ, sine conditione observationis mandatorum, A.

XXI. S.q.d, Christum Jesum a Deo hominibus datum fuisse ut redemptorem in quem fidant, non ve-
tiam ut legislatorem cui obediant, Anath sit

XXII. S.q.d, justificatum vel sine speciali auxilio Dei in accepta justitia perseverare posse,
vel cum eo non posse, Anath sit.

XXIII. S.q. hominem semel justificatum dixerit amplius peccare non posse, nec gratiam amitte-
re, atque ideo eum qui labitur et peccat, nunquam vere fuisse justificatum, aut contra,
posse in tota vita peccata omnia etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quem-
modum de Beata Virgine Maria tenet Ecclesia, Anath sit.

XXIV. S.q.d. justitiam acceptam non conservari, atque etiam non augeri coram Deo per bona opera, sed opera ipsa fructus solummodo et signa esse justificationis adeptæ, non autem
ipsius augendæ causam, Anath. sit.

XXV. Si quis in quolibet bono opere justum saltem venialiter peccare dixerit, aut quod intolerabilius est, mor-
taliter, atque ideo pœnas æternas mereri, tantumque ob id non damnari quod Deus ea opera bona non
imputet ad damnationem, Anath sit.

XXVI. S.q.d. justos non debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare et sperare æter-
nam retributionem a Deo per ejus misericordiam, et Jesu Christi meritum, si bene agendo,
et divina mandata custodiendo usque in finem perseveraverint, Anath sit.

XXVII. S.q.d, nullum esse mortale peccatum, nisi infidelitatis, aut nullo alio quantumvis gra-
vi et enorme, præterquam infidelitatis peccato semel acceptam gratiam amitti, Anath sit

XXVIII. S.q.d, amissa per peccatum gratia, semul et fidem simul semper amitti; aut fidem quæ remanet,
non esse veram fidem, licet non sit viva, aut eum, qui fidem sine charitate habet, non esse Christia-
num, Anath. sit.

XXIX S.q.d. eum qui post Baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere, aut po-
se quidem sed sola fide justitiam amissam recuperare sine Sacramento Pœnitentiæ, prout

UNIVERSIDAD de TEOLOGIA

Sancta Romana et universalis Ecclesia a Christo Domino et eius Apostolis edocta, huucusque professa est, servavit, et docuit, Anath. sit.

XXX. Si q. post acceptam justificationis gratiam, cuilibet peccatori pœnitenti culpam ita remitti, et reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, ut nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exolvendæ, vel in hoc sæculo, vel in futuro Purgatorio, antequam ad regna cælorum aditus patere possit, Anath. sit

XXXI. Si q. d. justificatum peccare, dum intuita æternæ mercedis bene operatur, Anath. sit

XXXII. Si q. d. hominis justificati bona opera ita esse dona Dei, ut non sint etiam bona ipsius justificati merita, aut ipsum justificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, et J.C. meritum, cuius vivum membrum est, fiunt, non vere mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, et ipsius vitæ æternæ, si tamen in gratia decesserit, consecutionem, atque etiam gloriæ augmentum, Anath. sit.

XXXIII. Si q. d. per hanc doctrinam catholicam de Justificatione à sancta Synodo, hoc præsenti decreto expressam, aliqua ex parte gloriæ Dei vel meriti J.C. D.N. derogari, non potius veritatem fidei nostræ, Dei denique ac J.C. gloriam illustrari, Anath. sit.

Sessio VII. De Sacramentis Ecclesiæ

Canones de Sacramentis in genere

I. Si q. d. Sacramenta novæ Legis non fuisse omnia à J.C. D.N. instituta, aut esse plura vel pauciora quam septem, videlicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, et Matrimonium, aut etiam aliquod horum septem non esse vere ac proprie Sacramentum, Anath. sit.

II. Si q. d. ea ipsa novæ Legis Sacramenta a Sacramentis antiquæ Legis non differre, nisi quia cæremoniæ sunt aliæ, et alii ritus externi, Anath. sit.

III. S.g.d, hoc septem Sacramenta ita inter se paria, ut nulla ratione aliud sit alio dignius, Anath. sit.

IV. S.g.d, Sacramenta novæ Legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua, et sine eis aut eorum voto, per solam fidem, homines a Deo gratiam justificationis adipisci, licet omnia singulis necessaria non sint, Anath sit.

V. S.g.d, hæc Sacramenta propter solam fidem nutriendam instituta fuisse, Anath, sit

VI. S.g.d, Sacramenta novæ Legis non continere gratiam, quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre, quasi signa tantum externa sint accepta per fidem gratiæ vel justitiæ, et nota quædam Christianæ professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus, Anath sit.

VII. S.g.d, non dari gratiam per hujusmodi Sacramenta semper et omnibus, quantum est ex parte Dei, etiamsi rite ea suscipiant, sed aliquando et aliquibus, Anath sit.

VIII. S.g.d, per ipsa novæ Legis Sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, sed solam fidem divinæ promissionis ad gratiam consequendam sufficere, Anath sit.

IX. S.g.d, in tribus Sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione, Ordine non imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale et indelebile, unde, ea iterari non possunt, Anath. sit.

X. S.g.d, Christianos omnes in verbo et omnibus Sacramentis administrandis habere potestatem, Anath. sit.

XI. S.g.d, in ministris, dum Sacramenta conficiunt et conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi quod facit Ecclesia, Anath. sit.

XII. S.g.d, ministrum in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia, quæ ad Sacramentum conficiendum aut conferendum pertinent, servaverit, non conficere aut conferre Sacramentum, Anath. sit.

XIII. S.g.d, receptos et approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in solemni Sacramentorum

FACULTAD DE TEOLOGIA GRANADA

administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à ministris pro libito omitti, aut in novos alios per quemcumque Ecclesiarum pastorem mutari posse, Anath sit.

Canones de Baptismo.

I. S.q.d, Baptismum Joannis habuisse eandem vim cum Baptismo Christi, Anath sit

II. S.q.d, aquam veram et naturalem non esse de necessitate Baptismi, atque ideo verba illa D.N.J.C. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et S. Sancto, ad methaphoram aliquam detorserit, Anath, sit.

III. S.q.d, in Ecclesia Romana, quæ omnium Ecclesiarum mater est et magistra, non esse veram de Baptismi sacramento doctrinam, Anath, sit.

IV. S.q.d, Baptismum qui etiam datur ab hæreticis in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, non esse verum Baptismum, Anath sit.

V. S.q.d. Baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem, Anath sit.

VI. S.q.d, Baptizatum non posse, etiam si velit, gratiam amittere, quantumcumque peccet, nisi nolit credere, Anath sit.

VII. S.q.d, baptizatos per Baptismum ejusmodi solius tantum fidei debitores fieri, non autem universæ legis Christi servandæ, Anath, sit.

VIII. S.q.d, Baptizatos liberos esse ab omnibus Sanctæ Ecclesiæ præceptis, quæ vel scripta vel tradita sunt, ita ut ea observare non teneantur, nisi se sua sponte illis summittere voluerint, Anath, sit.

IX. S.q.d, ita revocandos esse homines ad Baptismi suscepti memoriam, ut vota omnia quæ post Baptismum fiunt, ut promissionis in ipso Baptismo jam facta, irrita esse intelligant, quasi per ea, et fidem quam professi sunt, detracta habeatur, et ipsi Baptismo, Anath, sit.

X. S.q.d, peccata omnia quæ post Baptismum fiunt, sola recordatione et fide suscepti Bap-

tismi vel dimitti, vel venialia fieri, Anath. sit.

XI. S.q.d, verum et vitè collatum Baptismum iterandum esse illi, qui apud infideles fidem Christi negaverit, cum ad poenitentiam convertitur, Anath. sit

XII. S.q.d, neminem esse baptizandum, nisi ea aetate qua Christus baptizatus est, vel in ipso mortis articulo, Anath. sit.

XIII. S.q.d, parvulos, eò quòd actum credendi non habent, suscepto Baptismo inter fideles computandos non esse, ac propterea cùm ad annos discretionis pervenerint, esse rebaptizandos; aut praestare omitti eorum Baptisma, quàm eos non actu proprio credentes, baptizari in sola fide Ecclesiæ, Anath. sit

XIV. S.q.d, hujusmodi parvulos baptizatos, cum adoleverint, interrogandos esse, an ratum habere velint, quod patrini eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti sunt, et ubi se nolle responderint, suo esse arbitrio relinquendos, nec aliàs interim poenâ aliâ ad Christianam vitam cogendos, nisi ut ab Eucharistiæ aliorumque Sacramentorum perceptione arceantur, donec resipiscant, Anath. sit.

Canones de Confirmatione.

I. S.q.d, Confirmationem baptizatorum otiosam caerimoniam esse, et non potius verum et proprium Sacramentum; aut olim nihil aliud fuisse, quam catechesim quamdam, qua adolescentiæ propinqui, fidei suæ rationem coram Ecclesia ejusmodi reddebant, Anath. sit.

II. S.q.d, injuriosè esse S. Sancto eos, qui sacro Confirmationis Chrismati virtutem aliquam tribuunt, Anath. sit.

III. S.q.d, Sanctæ Confirmationis ordinarium ministrum non esse solum Episcopum, sed quemvis simplicem Sacerdotem, Anath. sit.

Sessio XIII.

De sacro-sancto Eucharistiæ Sacramento, Canones.

I. S.q. negaverit, in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento contineri vere, realiter et substantialiter Corpus, et Sanguinem, una cum anima et divinitate D. N. J. C, ac proinde totum Christum, sed dixerit, tantum modò esse in eo, ut in signo, vel figura, aut virtute, Anath sit.

II. S.q. d, in sacrosancto Eucharistiæ Sacramento remanere substantiam panis et vini una cum corpore et sanguine D. N. J. C, negaverit quæ mirabilem illam et singularem conversionem totius substantiæ panis in Corpus, et totius substantiæ vini in Sanguinem, manentibus dumtaxat speciebus panis et vini, quam quidem conversionem Catholica Ecclesia aptissime Transubstantiationem appellat, Anath sit.

III. S.q. negaverit, in venerabili Sacramento Eucharistiæ sub unaquaque specie, et sub singulis cujusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri, Anath sit.

IV. S.q. d, peracta consecratione, in admirabili Eucharistiæ Sacramento non esse Corpus et Sanguinem D. N. J. C, sed tantum in usu dum sumitur, non autem ante vel post, et in Hostiis, seu particulis consecratis, quæ post communionem reservantur vel supersunt, non remanere verum Corpus Domini, Anath sit.

V. S.q. d, vel principuum fructum sanctissimæ Eucharistiæ esse remissionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus provenire, Anath. sit.

VI. S.q. d, in sancto Eucharistiæ Sacramento Christum unigenitum Dei Filium non esse cultu latriæ etiam externo adorandum, atque ideo nec festivæ ~~diana~~ peculiari celebritate venerandum, neque in processionibus secundum laudabilem et universalem Ecclesiæ ritum et consuetudinem solemniter circumgestandum, vel non publice, ut adoretur, populo proponendum, et ejus adoratores esse idolatras, Anath sit

VII. S.q. d, non licere sacram Eucharistiam in sacrario reservari, sed statim post consecrationem astantibus necessario distribuendam, aut non licere, ut illa ad infirmos honorifice deferatur, Anath sit.

VIII. S.q. d, Christum in Eucharistia exhibitum spiritualiter tantum manducari, et non etiam sacramentaliter ac realiter, Anath sit.

IX. S.q. negaverit, omnes et singulos Christi fideles utriusque sexus, cum ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis, saltem in Paschate, ad communicandum, juxta præceptum sanctæ Matris Ecclesiæ, Anath. sit.

X. S.q.d, non licere Sacerdoti celebranti seipsum communicare, Anath. sit.

XI. S.q.d, solam fidem esse sufficientem præparationem ad sumendum sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, Anath. sit.

Et ne tantum Sacramentum indigne, atque ideo in mortem et condemnationem sumatur, statuit atque declarat ipsa sancta Synodus, illis, quos conscientia peccati mortalis gravat, quantumcunque sibi contritos existiment, habita copia Confessoris præmittendam esse Confessionem Sacramentalem. S.q. autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter asserere, seu etiam publice disputando defendere præsumpserit, eo ipso excommunicatus existat.

Sessio XIV.

De sanctissimo Pœnitentiæ Sacramento Canones.

I. S.q.d, in Catholica Ecclesia Pœnitentiam non esse vere et proprie Sacramentum, pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis, a Christo Domino nostro institutum, Anath. sit.

II. S.q. Sacramenta confundens, ipsum Baptismum, Pœnitentiæ Sacramentum esse dixerit, quasi hæc duo Sacramenta distincta non sint, atque ideo pœnitentiam non recte secundam post naufragium tabulam appellari, Anath. sit.

III. S.q.d, verba illa Domini Salvatoris, „Accipite S.S, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt„, non esse intelligenda de potestate remittendi et retinendi peccata in Sacramento Pœnitentiæ, sicut Ecclesia Catholica ab initio semper intellexit, detorserit autem contra

institutionem hujus Sacramenti, ad auctoritatem prædicandi Evangelium, Anath. sit.

IV. Si q. negaverit, ad integram et perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in pœnitente, quæ si materia Sacramenti Pœnitentiæ, videlicet, Contritionem, Confessionem, et Satisfactionem, quæ Pœnitentia partes dicuntur; aut dixerit, duas tantum esse Pœnitentiæ partes, terrores scilicet incussos conscientiæ, agnito peccato, et fidem conceptam ex Evangelio vel absolutione, qua credit quis sibi per Christum remissa peccata, Anath. sit.

V. Si q. d, eam Contritionem, quæ paratur per discussionem, collectionem, et detestationem peccatorum, qua quis recognitat annos suos in amaritudine animæ suæ ponderando peccatorum gravitatem, multitudinem, fœditatem, amissionem æternæ beatitudinis et æternæ damnationis incursum, cum proposito melioris vitæ, non esse verum et utilem dolorem, nec præparare ad gratiam, sed facere hominem hypocritam, et magis peccatorem, denum illam esse dolorem coactum, et non liberum ac voluntarium, Anath. sit

VI. Si q. negaverit, Confessionem Sacramentalem vel institutam, vel ad salutem necessariam esse jure divino, aut dixerit, modum secrete confitendi soli Sacerdoti, quem Ecclesia Catholica ab initio semper observavit et observat, alienum esse ab institutione et mandato Christi, et inventum esse humanum, Anath. sit.

VII. Si q. d, in Sacramento Pœnitentiæ ad remissionem peccatorum necessarium non esse jure divino confiteri omnia et singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita et diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta et quæ sunt contra duo ultima decalogi præcepta, et circumstantias quæ peccati speciem mutant, sed eam confessionem tantum esse utilem ad erudiendum et consolandum pœnitentem, et olim observatam fuisse tantum ad satisfactionem canonicam imponendam: aut dixerit, eos qui omnia peccata confiteri student, nihil relinquere velle divinæ misericordiæ ignoscendum, aut denum, non licere confiteri peccata venialia, Anath. sit.

VIII. S. C. D. Confessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia servat, esse impossibilem, et traditionem humanam à piis abolendam; aut ad eam non teneri omnes et singulos utriusque sexus Christi fideles, juxta magni concilii Lateranensis Constitutionem semel in anno, et ob id suadendum esse Christi fidelibus, ut non confiteantur tempore Quadragesimo, Anath. sit.

IX. S. q. d. absolutionem sacramentalem sacerdotis non esse actum judicialem, sed nudum ministerium pronunciandi et declarandi remissa esse peccata confitenti, modo tantum credat se esse absolutum: aut sacerdos non serio, sed joco absolvat, aut dixerit, non requiri confessionem pœnitentis, ut sacerdos eum absolvere possit, Anath. sit.

X. S. q. d. sacerdotes, qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi et solvendi non habere, aut non solos sacerdotes esse ministros absolutionis, sed omnibus et singulis Christi fidelibus esse dictum: „Quæcumque ligaveritis super terram, erunt ligata et in cœlo, et quæcumque solveritis super terram erunt soluta et in cœlo.„ Et, „Quorum remiseritis peccata, remittentur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt.„ quorum verborum virtute quilibet absolvere possit peccata, publica quidem per correptionem dumtaxat, si correptus acquieverit, secreta vero per spontaneam confessionem, Anath. sit.

XI. S. q. d. Episcopos non habere jus reservandi sibi casus, nisi quoad externam politiam, atque ideo casuum reservationem non prohibere quominus sacerdos à reservatis vere absolvat, Anath. sit.

XII. S. q. d. totam pœnam simul cum culpa remitti semper à Deo, satisfactionemque pœnitentium non esse aliam, quam fidem, qua apprehendunt Christum pro eis satisfecisse, Anath. sit.

XIII. S. q. d. pro peccatis quoad pœnam temporalem, minime Deo per Christi merita satisfieri pœnis ab eo inflictis, et patienter tolleratis, vel a sacerdote injunctis, sed neque sponte susceptis, ut jejuniis, orationibus, eleemosynis, vel aliis etiam pietatis operibus, atque ideo optimam pœnitentiam esse tantum novam vitam, Anath. sit.

XIV. S. q. d. satisfactiones, quibus pœnitentes per Christum Jesum peccata redimunt, non esse cul

XV.

I. S. q.

II. S. q.

III. S. q.

IV. S.

I S.

tus Dei, sed traditiones hominum, doctrinam de gratia, et verum Dei cultum, atque beneficium mortis Christi obscurantes, Anath. sit.

XV. S.q.d, claves Ecclesiæ esse tantum ad solvendum, non etiam ad ligandum, et propterea Sacerdotes, dum imponunt pœnas confitentibus, agere contra finem clavium, et contra institutionem Christi, et fictionem esse, quod virtute clavium sublata pœna æterna, pœna temporalis plerumque ex solvenda remaneat, Anath. sit.

De Sacramento Extremæ-Unctionis, Canones.

I. S.q.d, Extremam Unctionem non esse vere et proprie Sacramentum à Christo Domino nostro institutum, et à beato Jacobo Apostolo promulgatum, sed ritum tantum acceptum a Patribus, aut figmentum humanum, Anath. sit.

II. S.q.d, sacram infirmorum Unctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec allevare infirmos, sed jam cessasse, quasi olim tantum fuerit gratia curationum, Anath. sit.

III. S.q.d, Extremæ Unctionis ritum et usum, quem observat Sancta Romana Ecclesia, repugnare sententiæ Beati Jacobi Apostoli, ideoque eum mutandum, posseque à Christianis absque peccato contemni, Anath. sit.

IV. S.q.d, Presbyteros Ecclesiæ, quos beatus Jacobus adducendos esse ad infirmum inungendum hortatur, non esse Sacerdotes ab Episcopo ordinatos, sed ætate Seniores in quavis communitate, unde proprium Extremæ Unctionis ministrum non esse solum Sacerdotem, Anath. sit.

Sessio XXI.

De Communione sub utraque specie et parvulorum, Canones.

I S.q.d, ex Dei præcepto, vel necessitate salutis, omnes et singulos Christi fideles, utramque speciem Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramenti sumere debere, Anath. sit.

II. S.q.d, sanctam Ecclesiam Catholicam non justis causis et rationibus adductam fuisse, ut laïcos, atque etiam Clericos non conficientes, sub panis tantum modo specie communicaret, aut in eo errasse, Anath. sit.

III. S.q. negaverit, totum et integrum Christum, omnium gratiarum fontem et authorem, sub una panis specie sumi, quia, ut quidam falso asserunt, non secundum ejus a Christo institutionem sub utraque specie sumatur, Anath. sit.

IV. S.q.d, parvulis, antequam ad annos discretionis pervenerint, necessariam esse Eucharistiæ communionem, Anath. sit.

Sessio XXII.

De Sacrificio Missæ. Canones.

I. S.q.d, in Missa, non offertur Deo verum et proprium sacrificium, aut quod offerri non sit aliud, quam nobis Christum ad manducandum dari, Anath. sit.

II. S.q.d, illis verbis, Hoc facite in meam commemorationem, Christum non instituisse Apostolos Sacerdotes, aut non ordinasse, ut ipsi aliique Sacerdotes offerent Corpus et Sanguinem suum, Anath. sit.

III. S.q.d, Missæ sacrificium tantum esse laudis ~~et gratiarum~~ et gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificii in Cruce peracti, non autem propitiatorium, vel soli prodesse sumenti, neque pro vivis, et defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus, et aliis necessitatibus offerri debere, Anath. sit.

IV. S.q.d, blasphemiam irrogari sanctissimo Christi sacrificio in Cruce peracto per Missæ sacrificium, aut illi per hoc derogari, Anath. sit.

V. S.q.d, impostorum esse, Missas celebrare in honorem Sanctorum, et pro illorum intercessione apud Deum obtinenda, sicut Ecclesia intendit, Anath. sit.

VII. S.q.d. Caeremonias, vestes, et exteriora signa, quibus in Missarum celebratione Ecclesia Catholica utitur, invitabula impietatis esse magis quàm officia pietatis. Anath. sit.

VIII. S.q.d. Missas, in quibus solus Sacerdos Sacramentaliter communicat, illicitas esse, ideòque abrogandas, Anath. sit.

IX. S.q.d. Ecclesiæ Romanæ ritum, quo submissa voce pars Canonis et verba Consecrationis proferuntur, damnandum esse, aut lingua tantum vulgari Missam celebrari debere, aut aquam non miscendam esse vino in Calice offerendo, eò quòd sit contra Christi institutionem, Anath. sit.

Sessio XXIII.

De Sacramento Ordinis, Canones

I. S.q.d. non esse in novo Testamento Sacerdotium visibile et exteriorum, vel non esse potestatem aliquam consecrandi et offerendi verum Corpus et Sanguinem Domini, et peccata remittendi et retinendi, sed officium tantum et nudum ministerium prædicandi Evangelium, vel eos, qui non prædicant, prorsus non esse Sacerdotes, Anath. sit.

II. S.q.d. præter Sacerdotium non esse in Ecclesia Catholica alios Ordines, et majores et minores, per quos velut per gradus quosdam in Sacerdotium tenditur, Anath. sit.

III. S.q.d. Ordinem, sive sacram Ordinationem, non esse vere et proprie Sacramentum, à Christo Domino institutum, vel esse figmentum quoddam humanum, à quibusdam rebus sacris commentitium, aut esse tantum ritum quendam eligendi ministros verbi Dei et Sacramentorum, Anath. sit.

IV. S.q.d, per Sacram Ordinationem non dari S.Sanctum, ac proinde frustrà Episcopo dicere: Accipe S.Sanctum; aut per eam non imprimi Characterem; vel eum qui Sacerdos semel fuit, laicum rursus fieri posse, Anath.sit.

V. S.q.d, sacram Unctionem qua Ecclesia in sanctâ Ordinatione utitur, non tantum non requisisse, sed contemnendam et perniciosam esse, similiter et alias Ordinis cæremonias, Anath.sit.

VI. S.q.d, in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam divina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, et Presbyteris, et Ministris, Anath.sit.

VII. S.q.d, Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi et ordinandi; vel eam quam habent, illis esse cum Presbyteris communem; vel Ordines ab ipsis collatos, sine populi, vel potestatis sæcularis consensu, aut vocatione irritos esse; aut eos, qui nec ab Ecclesiastica et Canonica potestate rite ordinati nec missi sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi et Sacramentorum ministros, Anath.sit.

VIII. S.q.d, Episcopos, qui auctoritate Romani Pontificis assumuntur, non esse legitimos ac veros Episcopos, sed figmentum humanum, Anath.sit.

Sessio XXIV.

De Sacramento Matrimonii, Canones.

I. S.q.d, Matrimonium non esse vere et proprie unum ex septem Legis Evangelicæ Sacramentis, à Christo Domino institutum, sed ab hominibus in Ecclesia inventum, neque gratiam conferre, Anath.sit.

II. S.q.d, licere Christianis plures simul habere uxores et hoc nulla lege divina esse prohibitum, Anath.sit.

III. S.q.d, eos tantum consanguinitatis et affinitatis gradus, qui in Levitico exprimuntur, posse im-

posse Matrimonium contrahendum, et dirimere ~~Matrimonium contrahendum et contrac~~tum, nec posse Ecclesiam in nonnullis illorum dispensare, aut constituere ut plures impedian et dirimant, Anath sit.

IV. S.q.d, Ecclesiam non potuisse constituere impedimenta Matrimonium dirimentia, vel in iis constituendis errasse, Anath. sit.

V. S.q.d, propter haresim, aut molestam cohabitationem, aut affectam absentiam à conjuge, dissolvi posse Matrimonii vinculum, Anath sit.

VI. S.q.d, Matrimonium ratum non consummatum, per solemnem Religionis professionem alterius conjugum non dirimi, Anath. sit

VII. S.q.d, Ecclesiam errare, cum docuit et docet, juxta Evangelicam et Apostolicam doctrinam propter adulterium alterius conjugum Matrimonii vinculum non posse dissolvi, et utrumque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse, altero conjuge vivente, aliud Matrimonium contrahere, machatique eum, qui dimissa adultera aliam duxerit, et eam quæ, dimisso adultero, alii nupserit, Anath. sit

VIII S.q.d, Ecclesiam errare, cum ob multas causas separationem inter conjuges, quoad totum seu quoad cohabitationem, ad certum incertum de tempus fieri posse decernit, Anath sit.

IX. S.q.d, Clericos in sacris Ordinibus constitutos, vel Regulares castitatem solemniter professos, posse Matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non obstante lege Ecclesiastica, vel voto; et oppositum nihil aliud esse, quàm damnare Matrimonium, persequi omnes contrahere Matrimonium, qui non sentiunt se castitatis, etiamsi eam vovérint, habere donum, Anath, sit; cum Deus id recte petentibus non deneget, nec patiatur nos supra id quod possumus tentari.

X. S.q.d, Statum conjugalem anteponendum esse statui virginitatis vel celibatus, et non esse melius ac beatius manere in virginitate aut celibatu, quàm jungi Matrimonio, Anath, sit

XI. S.q.d. prohibitionem solemnitatis nuptiarum certis anni temporibus superstitionem esse tyrannicam, ab Ethnicorum superstitione profectam, aut benedictiones, aut alias caremonias, quibus Ecclesia in illis utitur, damnaverit, Anath. sit

XII S.q.d. causas matrimoniales non spectare ad judices Ecclesiasticos, Anath. sit.

Sessio XXXV.

Decretum de Purgatorio.

Cum Catholica Ecclesia, S.S. edocta, ex Sacris litteris et antiqua Patrum traditione, in Sacris Conciliis, et novissimè in hac Œcumenica Synodo docuerit, Purgatorium esse, animasque ibi detentas, fidelium suffragiis, potissimum vero acceptabili Altaris Sacrificio juvari, præcipit Sancta Synodus Episcopis, ut sanam de Purgatorio doctrinam, à Sanctis Patribus et Sacris Conciliis traditam, à Christi fidelibus credi, teneri, doceri, et ubique prædicari diligenter studeant. Apud rudem vero plebem difficiliores ac subtiliores quæstiones, quæque ad ædificationem non faciunt, et ex quibus plerumque nulla fit pietatis accessio, a popularibus concionibus excludantur. Incerta item, et quæ specie falsi laborant, evulgari et tractari non permittant. Ea vero quæ ad curiositatem quamdam aut superstitionem spectant, vel turpe lucrum sapiunt, tanquam scandala et fidelium offendicula prohibeant. Curent autem Episcopi, ut fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet Sacrificia, orationes, eleëmosynæ, aliaque pietatis opera, quæ à fidelibus pro aliis fidelibus defunctis fieri consueverunt, secundum Ecclesiæ instituta piè et devotè fiant; et quæ pro illis ex testatorum fundationibus, vel alia ratione debentur, non perfuncto vitæ, sed à Sacerdotibus et Ecclesiæ ministris, et aliis qui hoc præstare tenentur, diligenter et accurate persolvantur.

Decretum de invocatione, veneratione, et Reliquiis Sanctorum et Sacris Imaginibus.

Mandat sancta Synodus omnibus Episcopis, et cæteris docendi munus curamque sustinentibus, ut juxta Catholicæ et Apostolicæ Ecclesiæ usum à primævis Christianæ religionis temporibus receptum, Sanctorumque Patrum consensionem, et sacrorum Conciliorum Decreta, in primis, de Sanctorum intercessione, invocatione, Reliquiarum honore, et legitimo Imaginum usu fideles diligenter instruant, docentes eos, Sanctos una cum Christo orationes pro hominibus Deo offerre: bonum atque utile esse suppliciter eos invocare; et ob beneficia impetranda à Deo per filium ejus J.C.D.N., qui solus noster Redemptor et Salvator est, ad eorum orationes, opem auxiliumque confugere: illos vero, qui negant, Sanctos æterna felicitate in cœlo fruentes, invocandos esse, aut qui asserunt, vel illos pro hominibus non orare, vel eorum, ut pro nobis etiam singulis orent, invocationem esse idololatriam, vel pugnare cum verbo Dei, adversarique honori unius Mediatoris Dei et hominum J.C., vel stultum esse, in cœlo regnantibus voce vel mente supplicare, impie sentire. regnantes,

Sanctorum quoque Martyrum, et aliorum cum Christo viventium sancta corpora, quæ viva membra fuerunt Christi, et templum Spiritus Sancti, ab ipso ad æternam vitam suscitanda et glorificanda, à fidelibus veneranda esse, quæ per multa beneficia à Deo hominibus præstantur: ita ut affirmantes, Sanctorum reliquiis venerationem atque honorem non deberi, vel eas, aliaque sacra monumenta à fidelibus inutiliter honorari atque eorum opis impetrandæ causa Sanctorum memorias frustra frequentari, omnino damnandos esse, prout jampridem eos damnavit, et nunc etiam damnat Ecclesia.

Imagines porro Christi, Deiparæ Virginis, et aliorum Sanctorum, in templis præsertim habendas et retinendas, eisque debitum honorem et venerationem impertiendam,

non quod credatur inesse aliqua in iis divinitas, vel virtus propter quam sint colenda, vel quod fiducia in Imaginibus sit figenda, velut olim fiebat à Gentibus, quæ in idolis spem suam collocabant, sed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ representant; ita ut per Imagines, quas osculamur, et coram quibus caput aperimus et procumbimus, Christum adoremus, et Sanctos, quorum illæ similitudinem gerunt, veneremur. Id quod Conciliorum, præsertim vero secundæ Nicænæ Synodi, Decretis contra Imaginum oppugnatores est sanctum.

Illud vero diligenter doceant Episcopi, per historias mysteriorum nostræ redemptionis, picturis, vel aliis similitudinibus expressas, erudiri et confirmari populum in articulis fidei commemorandis, et assidue recolendis; tum vero ex omnibus sacris Imaginibus magnum fructum percipi, non solum quia admonetur populus beneficiorum et munerum, quæ à Christo sibi collata sunt, sed etiam, quia Dei per Sanctos miracula, et salutaria exempla oculis fidelium subjiciuntur, ut pro iis Deo gratias agant, ad Sanctorumque imitationem vitam moresque suos componant, excitenturque ad adorandum ac diligendum Deum, ad pietatem colendam. Si q. autem his Decretis contraria docuerit, aut senserit, Anath. sit.

Continuatio Sess. die IV. Decembris. Decretum de Indulgentiis.

Cum potestas conferendi Indulgentias à Christo Ecclesiæ concessa sit, atque hujusmodi potestate divinitus sibi tradita, antiquissimis etiam temporibus illa usa fuerit, sacrosancta Synodus Indulgentiarum usum, Christiano populo maximè salutarem et sacrorum Conciliorum auctoritate probatum, in Ecclesia retinendum esse docet et præcipit, eosque anathemate damnat qui aut inutiles esse asserunt, vel eas concedendi in Ecclesia potestatem esse negant. In his

tamen concedendis moderationem, juxta veterem et probatam in Ecclesia consuetudinem, adhiberi expit, ne minuta facilitate Ecclesiastica disciplina enervetur. Abusus verò qui in his irrepserunt, et quorum occasione in signe hoc Indulgentiarum nomen ab hæreticis blasphematur, emendatos et correctos cupiens, presenti decreto generaliter statuit, prævios quoslibet omnes pro his consequendis, unde plurima in Christiano populo abusuum causa fluxit, omnino abolendos esse. Cæteros verò qui ex superstitione, ignorantia, irreverentia, aut aliunde quomodocumque provenerunt, cum ob multiplices locorum et provinciarum, apud quas hi committuntur, corruptelas commodè negueant specialiter prohiberi, mandat omnibus Episcopis, ut diligenter quisque hujusmodi abusus Ecclesiæ suæ colligat, eosque in prima Synodo Provinciali referat; ut aliorum quoque Episcoporum sententia cognita, statim ad Summum Romanum Pontificem referantur, cujus auctoritate et prudentia, quod universali Ecclesiæ expedit, statuatur, ut ita sanctarum Indulgentiarum munus piè, sanctè et incorruptè omnibus fidelibus dispensetur.

A. M. D. G.

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

(24)

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA · GRANADA ·

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

Concilium Vaticanum sub Pio IX celebratum 8 dec. 1869.

Sessio III. Constitutio dogmatica de fide Catholica.

Pius Episcopus, servus servorum Dei, sacro approbante Concilio, ad perpetuam rei memoriam.

Dei Filius et generis humani Redemptor d. N. J. C, ad Patrem coelestem redieturus, cum Ecclesia sua in terris militante, omnibus diebus usque ad consummationem saeculi futurum se esse promisit. Quare dilectae Sponsae prosto esse, adsistere docenti, operanti benedicere, periclitanti opem ferre nullo unquam tempore destitit. Haec vero salutaris ejus providentia, cum reliquis beneficiis innumeris continenter apparuit, tum iis manifestissime comperta est fructibus, qui orbi Christiano e Conciliis Oecumenicis ac nominatim e Tridentino, iniquis licet temporibus celebrato, amplissimi provenerunt. Hinc enim sanctissima Religionis dogmata pressius definita, uberiusque exposita, errores damnati atque cohibiti; hinc ecclesiastica disciplina restituta firmiusque sancita, promotum in clero scientiae et pietatis studium, parata adolescentibus ad sacram militiam educandis collegia, Christiani denique populi mores et accuratiore fidelium eruditione et frequentiori sacramentorum usu instaurati. Hinc praeterea arctior membrorum cum visibili capite communio, universoque corpori Christi mystico additus vigor; hinc religiosae multiplicata familiae, aliaque Christianae pietatis instituta; hinc ille etiam assiduus et usque ad sanguinis effusionem constans ardor in Christi regno late per orbem propagando.

Verumtamen haec aliaque insignia emolumenta, quae per ultimam maxime oecumenicam Synodum divina clementia Ecclesiae largita est, dum gaudio, quo pater est, animo recolimus, acerbum compescere haud possumus dolorem ob mala gravissima, inde potissimum orta, quod ejusdem sacrosanctae Synodi apud permultos vel auctoritas contempta, vel sapientissima neglecta fuere decreta;

Nemo enim ignorat haereses quas Tridentini Patres proscripserunt, dum rejecto divino Ecclesiae magisterio, res ad religionem spectantes privati cujusvis judiciis permitterentur, in sectas paulatim dissolutas esse multiplices, quibus inter se dissentientibus et concertantibus, omnis tandem in Christum fides apud non paucos labefactata est. Itaque ipsa Biblia, quae antea Christianae doctrinae unicus fons et judex asserebantur, jam non pro divinis haberi, imo mythicis commentis accensere coeperunt.

Hinc nata est et late nimis per orbem vagata illa rationalismi seu naturalismi doctrina, quae religioni christianae utpote supernaturali instituto per omnia adversans, summo studio molitur, ut Christo, qui solus Dominus et Salvator noster est, animis humanis, a vita et moribus populorum ejectus, merae quod vocant rationis vel naturae regnum stabiliatur. Relicta autem projectaque christiana religione, negato vero Deo et Christo ejus, prolapsa tandem est multorum mens in pantheismi, materialismi, atheismi barathrum, ut jam ipsam rationalem naturam omnemque justi rectique normam negantes, ima humanae societatis fundamenta diruere connitantur.

Hac porro impietate circumquaque grassante, infeliciter contigit, ut plures etiam e catholica Ecclesia filiis a via verae pietatis aberrarent, in iisque diminutis paulatim veritatibus sensus catholicus attenuaretur. Variis enim ac peregrinis doctrinis abducti, naturam et gratiam, scientiam humanam et fidem divinam perperam commiscentes, genuinum sensum dogmatum, quem tenet ac docet S. M. Ecclesia depravare, integritatemque et sinceritatem fidei in periculum adducere compertum est.

Quibus omnibus perspectis, fieri quis potest ut non commoveantur intima Ecclesia viscera? Quae nam modum enim Deus vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire; quem admodum Christus venit, ut salvum faceret, quod perierat, et filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum; ita Ecclesia a Deo populo

veum Mater et Magistra constituta, omnibus debitricem se novit, ac lapsos erigere, labantes sustinere, reverentes amplecti, confirmare bonos et ad meliora provehere parata semper et intenta est. Quapropter nullo tempore à Dei veritate, quæ sanat omnia, testanda et prædicanda quiescere potest, sibi dictum esse non ignorans: Spiritus meus qui est in te, et verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo amodo et usque in sempiternum. (1)

Nos itaque, inhærentes prædecessorum Nostrorum vestigiis, pro supremo Nostro apostolico munere veritatem catholicam docere ac tueri, perversasque doctrinas reprobare nunquam intermisimus. Nunc autem sedentibus Nobiscum et judicantibus universi Orbis Episcopis, in hanc œcumenicam Synodum auctoritate Nostra in Spiritu Sancto congregatis, inhærendo Dei verbo scripto et tradito, prout ab Ecclesia Catholica sancte custoditum et genuine expositum accepimus, ea hac Petri Cathedra in conspectu omnium salutarem Christi doctrinam profiteri et declarare constituimus, adversis erroribus potestate nobis à Deo tradita proscriptis atque damnatis.

Cap. I De Deo rerum omnium creatore.

Sancta catholica apostolica romana Ecclesia credit et confitetur unum esse Deum verum et vivum, creatorem ac Dominum cœli et terræ, omnipotentem, æternum, immensum, incomprehensibilem, intellectu ac voluntate omnique perfectione infinitum, qui cum sit una singularis, simplex omnino et incommutabilis substantia spiritualis, prædicandus est re et essentia à mundo distinctus, in se et ex beatissimus, et super omnia, quæ præter ipsum sunt et concipi possunt, ineffabiliter excelsus.

Hic solus verus Deus bonitate sua et omnipotenti virtute non ad augendam suam beatitudinem, nec ad acquirendam, sed ad manifestandam perfectionem suam per bona, quæ creaturis impertitur, liberrimo consilio simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit

(1) Is. LIX, 21.

Naturam, spiritualem et corporalem, angelicam videlicet et mundanam, ac deinde humanam quasi communem ex spiritu et corpore constitutam. (1)

Universa vero, quæ condidit, Deus providentia sua tuetur atque gubernat, attingens a fine usque ad finem fortiter, et disponens omnia suaviter. Omnia enim nuda et aperta sunt oculis ejus, ea etiam quæ libera creaturarum actione futura sunt.

Cap. II. De Revelatione.

Eadem Sancta Mater Ecclesia tenet et docet Deum rerum omnium principium et finem naturali humanæ rationis lumine e rebus creatis certo cognosci posse; invisibilia enim ejus, a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur: attamen placuisse ejus sapientiæ et bonitati, alia, eaque supernaturali via se ejusque æterna voluntatis decreta humano generi revelare, dicente Apostolo: Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis; novissime diebus istis locutus est nobis in Filio. (2)

Huic divinæ revelationi tribuendum quidem est, ut ea, quæ in rebus divinis humanæ rationi per se impervia non sunt, in præsenti quoque generis humani condictione ab omnibus expedite, firma certitudine et nullo admixto errore cognosci possint. Non hac tamen de causa revelatio absolute necessaria dicenda est, sed quia Deus ex infinita bonitate sua ordinavit hominem ad finem supernaturalem, ad participanda scilicet bona divina, quæ humanam mentis intelligentiam omnino superant; siquidem oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus iis, qui diligunt illum. (3)

Hæc porro supernaturalis revelatio, secundum universalis Ecclesiæ fidem, a sancta Tridentina Synodo declaratam, continetur in libris scriptis et sine scripto traditionibus, quæ ipsius Christi ore ab Apostolis acceptæ, aut ab ipsis Apostolis Spiritu Sancto dictante quasi per manus traditæ, ad nos usque pervenerunt. Qui quidem

(1) Conc. Vat. Const. de fide cath. cap. II. (2) Hebr. I, 1. (3) 1 Cor. II, 9.

veteris et novi Testamenti libri integri cum omnibus suis partibus, prout in ejusdem Concilii decreto recensentur, et in veteri vulgata latina editione habentur, pro sacris et canonicis habet, non ideo quod sola humana industria concinnati, sua deinde auctoritate sint approbati, nec ideo dumtaxat, quod revelationem sine errore contineant, sed propterea quod Spiritu Sancto inspirante conscripti Deum habent auctorem, atque ut tales ipsi Ecclesiæ traditi sunt.

Quoniam vero quæ sancta Tridentina Synodus de interpretatione divinæ Scripturæ ad coercenda petulantia ingenia salubriter decrevit, a quibusdam hominibus prave exponuntur. Nos, idem decretum renovantes, hanc illius mentem esse declaramus, ut in rebus fidei et morum, ad ædificationem doctrinæ christianæ pertinentium, is pro vero sensu sacræ Scripturæ habendus sit, quem tenuit ac tenet Sancta Mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu et interpretatione Scripturarum sanctarum; atque ideo nemini licere contra hunc sensum, aut etiam contra unanimem consensum Patrum ipsam Scripturam sacram interpretari.

Cap. III. De Fide.

Cum homo a Deo tanquam Creatore et Domino suo totus dependeat, et ratio creata increatæ veritati penitus subjecta sit, plenum revelanti Deo intellectus et voluntatis obsequium fide præstare tenemur. Hanc vero fidem, quæ humanæ salutis initium est, Ecclesia catholica profitetur, virtutem esse supernaturalem, qua, Dei aspirante et adjuvante gratia, ab eo revelata vera esse credimus, non propter intrinsecam rerum veritatem naturalis rationis lumine perspectam sed propter auctoritatem ipsius Dei revelantis, qui nec falli nec fallere potest. Est enim fides, teste apostolo, sperandarum substantia rerum argumentum non apparentium.

Ut autem hominis fidei nostræ obsequium rationi consentaneum esset, voluit Deus cum internis Spiritus Sancti auxiliis externa jungi revelationis argumenta, facta scilicet

divina atque in primis miracula et prophetias, quæ cum Dei omnipotentiam et infinitam
scientiam luculenter commonstrent, divinæ revelationis signa sunt certissima et omnium
intelligentiæ accommodata. Quare tum Moyses et Prophetæ tum ipse maxime Christus
Dominus multa et manifestissima miracula et prophetias ediderunt, et de Apostolis
legimus: illi autem profecti prædicaverunt ubique Domino cooperante, et sermonem confirmante,
sequentibus signis. Et rursum scriptum est: habemus firmiorem propheticum sermonem;
cui bene facitis attendentes quasi lucerna lucenti in caliginoso loco.

Licet autem fides sensus nequaquam sit motus animi cæcus: nemo tamen evangelicæ
prædicationi consentire potest, sicut oportet ad salutem consequendam, absque illumina-
tione et inspiratione Spiritus Sancti, qui dat omnibus suavitatem in consentiendo et cre-
dendo veritati. Quare fides ipsa in se, etiamsi per charitatem non operetur, donum
Dei est, et actus ejus est opus ad salutem pertinens, quo homo liberam præstat ipsi Deo ob-
dientiam, gratiæ ejus, cui resistere posset, consentiendo et cooperando.

Porro fide divina et catholica ea omnia credenda sunt, quæ in verbo Dei scripto vel tra-
dito continentur, et ab Ecclesia sive solemni judicio, sive ordinario et universali magis-
terio tanquam divinitus revelata credenda proponuntur.

Quoniam vero sine fide impossibile est placere Deo, et ad filiorum ejus consortium per-
venire; ideo nemini unquam sine illa contigit justificatio nec ulli, nisi in ea per-
severaverit usque in finem, vitam æternam assequetur. Ut autem officio veram
fidem amplectendi, in eaque constanter perseverandi satisfacere possemus, Deus per
filium suum Unigenitum Ecclesiam instituit atque institutionis manifestis notis
instruxit, ut ea tanquam custos et magistra verbi revelati ab omnibus posset agnosci.
Ad solam enim catholicam Ecclesiam ea pertinet omnia, quæ ad evidentem fidei
christianæ credibilitatem tam multa et tam mira divinitus sunt disposita. Quin etiam

Ecclesia per se ipsa, ob suam nempe admirabilem propagationem, eximiam sanctitatem
et inexhaustam in omnibus bonis fœcunditatem, ob catholicam unitatem, invictam
que stabilitatem, magnum quoddam et perpetuum est motivum credibilitatis et divi-
næ suæ legationis testimonium irrefragabile.

Quo fit, ut ipsa velut signum levatum in nationes et ad se invitet qui nondum credi-
derunt, et filios suos certiores faciat, firmissimo niti fundamento quam fidem, quam profite-
tur. Cui quidem testimonio efficax subsidium accedit ex superna virtute. Etenim benigni-
simus Dominus et errantes gratia sua excitat atque adjuvat, ut ad agnitionem veri-
tatis venire possint, et eos quos de tenebris transtulit in admirabile lumen suum,
in hoc eodem lumine, ut perseverent, gratia sua confirmat, non deserens, nisi des-
seratur. Nequaquam minimè par est conditio eorum, qui per cœleste fidei donum catho-
licæ veritati adhæserunt, atque eorum, qui ducti opinionibus humanis, falsam re-
ligionem sectantur; illi enim, qui fidem sub Ecclesiæ magisterio susceperunt, nul-
lam unquam habere possunt justam causam mutandi, aut in dubium fidem
eamdem revocandi. Hæc cum ita sint, gratias agentes Deo Patri qui dignos nos
fecit in partem sortis sanctorum in lumine, tantam ne negligamus salutem,
sed aspicientes in auctorem fidei et consummatorem Jesum, teneamus spei
nostræ confessionem indeclinabilem.

Cap. IV. De Fide et Ratione.

Hoc quoque perpetuus Ecclesiæ catholicæ consensus tenuit et tenet duplicem
esse ordinem cognitionis, non solum principio, sed objecto etiam distinctum;
principio quidem, quia in altero naturali ratione, in altero fide divina cog-
noscimus, objecto autem, quia præter ea, ad quæ naturalis ratio pertingere potest, cre-
denda nobis proponuntur mysteria in Deo abscondita, quæ nisi revelata divinitus,

innotescere non possunt. Quoniam Apostolus, qui a gentibus Deum per ea, quæ facta sunt, cognitum esse testatur, disserens tamen de gratia et veritate, quæ per J.C. facta est pronuntiat: Loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram, quam nemo principum hujus sæculi cognovit: nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum: Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Et ipse Unigenitus confitetur Patri, quia abscondit hæc a sapientibus et prudentibus, et revelavit ea parvulis. Ac ratio quidem, fide illustrata, cum sedulo pie et sobrie quærit, aliquam Dei datæ, mysteriorum intelligentiam eamque fructuosissimam assequitur, tum ejus rei, quæ naturaliter cognoscit, analogia, tum e mysteriorum ipsorum nexu inter se et cum fine hominis ultimo; nunquam tamen idonea redditur ad ea perspicienda instar veritatum, quæ propriam ipsius objectum constituunt. Divina enim mysteria suapte natura intellectum creatum sic excedunt, ut etiam revelatione tradita et fide suscepta, ipsius tamen fidei velamine contecta et quadam quasi caligine obvoluta maneant, quamdiu in hac mortali vita peregrinamur a Domino; per fidem enim ambulamus et non per speciem.

Verum etsi fides sit supra rationem, nulla tamen unquam inter fidem et rationem vera dissensio esse potest: cum idem Deus, qui mysteria revelat et fidem infundit, animo humano rationis lumen indiderit, Deus autem negare seipsum non possit, nec verum vero unquam contradicere. Inanis autem hujus contradictionis species inde potissimum oritur, quod vel fidei dogmata ad mentem Ecclesia intellecta et exposita non fuerint, vel opinionum commenta pro rationis effatis habeantur. Omnem igitur assertionem veritati illuminatæ fidei contrariam omnino falsam esse definimus. Porro Ecclesia, quæ una cum apostolico munere docendi, mandatum accepit, fidei dep-

sitem custodiendi, jus etiam et officium divinitus habet falsi nominis scientiam proscribendi, ne quis decipiatur per philosophiam, et inanem fallaciam. Quapropter omnes christiani fideles hujusmodi opiniones, quæ fidei doctrinæ contrariæ esse cognoscuntur, maxime si ab Ecclesia reprobatæ fuerint, non solum prohibentur tanquam legitimas scientiæ conclusiones defendere, sed pro erroribus potius, qui fallacem veritatis speciem præ se ferant, habere tenentur omnino

Neque solum fides et ratio inter se dissidere nunquam possunt, sed opem quoque sibi mutuam ferunt, cum recta ratio fidei fundamenta demonstret, ejusque lumine illustrata rerum divinarum scientiam excolat; fides vero rationem ab erroribus liberet ac tueatur, eamque multiplici cognitione instruat, quapropter tantum abest, ut Ecclesia humanarium artium et disciplinarum cultum impedire oppugnet, ut hanc multis modis juvet atque promoveat. Non enim commoda ab iis ad hominum vitam dimanantia aut ignorat aut despicit, fateturque eas, quemadmodum a Deo, scientiarum Domino, profecta sunt, ita si rite pertractentur ad Deum, juvante ejus gratia perducere. Nec sane ejus refert, ne hujusmodi disciplinæ in suo quæque ambitu propriis utantur principiis et propria methodo, sed justam hanc libertatem agnoscens, id sedulo cavet, ne divinæ doctrinæ repugnando errores in se suscipiant, aut fines proprios transgressæ, ea, quæ sunt fidei, occupent et perturbent

Neque enim fidei doctrina, quam Deus revelavit, velut philosophicum inventum proposita est humanis ingeniis perficienda, sed tanquam divinum depositum Christi Sponsæ tradita, fideliter custodienda et infallibiliter declaranda. Hinc sacrorum quoque dogmatum is sensus perpetuo est retinendus quem semel declaravit Sancta Mater Ecclesia, nec unquam ab eo sensu altioris intelligentiæ specie et nomine recedendum. Crescat igitur et multum vehementerque proficiat, tam singulorum, quam omnium

tam unius hominis quam totius Ecclesiæ, etatum ac seculorum gradibus,
intelligentia, scientia, sapientia; sed in eis dumtaxat genere, in eodem scili-
cet dogmate, eodem sensu, eadem que sententia.

Canones

I

De Deo rerum omnium Creatore.

I. S.q. unum verum Deum visibilium et invisibilium Creatorem et Dominum
negaverit, anath. sit.

II. S.q. præter materiam nihil esse affirmare non erubuerit, anath. sit.

III. S.q. d, unam eamdemque esse Dei et rerum omnium substantiam, anath. sit.

IV S.q.d, res finitas, tum corporeas, tum spirituales, aut saltem spirituales è divina substantia
emanasse, aut divinam essentiam sui manifestatione vel evolutione fieri omnia;
Aut denique Deum esse ens universale, seu indefinitum, quod esse determi-
nando constituat rerum universitatem in genera, species et individua distincta-m,
anath. sit

V. S.q. non confiteatur, mundum, reque omnes, quæ in eo continentur, et spirituales
et materiales, secundum totam suam substantiam à Deo ex nihilo esse productas;
Aut Deum dixerit non voluntate ab omni necessitate libera, sed tam
necessario creasse, quam necessario amat sejpsum;
Aut mundum ad Dei gloriam conditum esse negaverit, anath. sit.

II

De Revelatione.

I. S.q.d, Deum unum et verum, Creatorem et Dominum nostrum, per ea quæ facta sunt, naturali humanæ rationis lumine certo cognosci non possit, anath. sit.

II. S.q.d, fieri non possit, aut non expedire, aut per revelationem divinam homo de Deo, cultuque ei exhibendo edoceatur, anath. sit.

III. S.q.d, hominem ad cognitionem et perfectionem, quæ naturalem superet, divinitus evehi non posse, sed ex seipso ad omnis tandem veri et boni possessionem jugi progressu pertingere posse et debere, anath. sit.

IV. S.q. de Scriptura libros cum omnibus suis partibus, prout illos Sancta Tridentina Synodus recensuit, pro sacris et canonicis non suscepit, aut eos divinitus inspiratos esse negaverit, anath. sit.

III
De Fide

I. S.q.d, rationem humanam ita independentem esse, ut fides ei à Deo imperari non possit, anath. sit.

II. S.q.d, fidem divinam à naturali de Deo et rebus moralibus scientia non distingui ac propterea ad fidem divinam non requiri, ut revelata veritas propter auctoritatem Dei revelantis credatur, anath. sit.

III. S.q.d, revelationem divinam externis signis credibilem fieri non posse, itaque sola interna cujusque experientia aut inspiratione privata hominem ad fidem moveri debere, anath. sit.

IV. S.q.d, miracula nulla fieri posse, proindeque omnes de iis narrationes, etiam in Sacra Scriptura contentas, inter fabulas vel mythos amandas esse, aut miracula certo cognosci nunquam posse, nec iis divinam religionis christianæ originem rite probari, anath. sit.

V. S.q.d, assensum fidei Christianæ non esse liberum, sed argumentis humanæ rationis necessario produci, autad solam fidem deviam, quæ per charitatem operatur, gratiam Dei necessariam esse, anath. sit.

VI. S.q.d, parem esse conditionem fidelium atque eorum qui ad fidem unicè deveram nondum pervenerunt, ita ut catholici justam causam habere possint, fidem, quam sub Ecclesiæ magisterio jam susceperunt, assensu suspenso in dubium revocandi, donec demonstrationem scientificam credibilitatis et veritatis fidei ipsa absolverint, anath. sit.

IV
De Fide et Ratione.

I. S.q.d, ~~in doctrina~~, in revelatione divina nulla vera et propriè dicta mysteria contineri, sed universa fidei dogmata posse per rationem rité excultam e naturalibus principiis intelligi et demonstrari, anath. sit

II S.q.d. disciplinas humanas eas cum libertate ~~eas~~ tractandas esse, ut earum assertiones, etsi doctrinæ revelatæ adversentur, tanquam veras retineri ~~ita~~ neque ab Ecclesia proscribi possint, anath. sit.

III S.q.d, fieri posse, ut dogmatibus ab Ecclesia ~~[illegible]~~ propositis, aliquando, secundum progressum scientiæ sensus tribuendus sit alius ab eo quem intellexit et intelligit Ecclesia, anath. sit.

Itaque supremi pastoralis Vestri officii debitum exequentes, omnes Christi fideles, maximè verò eos qui præsunt vel docendi munere fungentes, per viscera J.C. obtestamur, nec non ejusdem Dei et Salvatoris Nostri auc-

tavitate jubemus, ut ad hos errores à Sancta Ecclesia arcendos et eliminandos, atque purissimæ fidei lucem pandendam studium et operam conferant.

Quoniam verò satis non est hæreticam pravitatem devitare, nisi ii quoque errores diligenter fugiantur, qui ad illam plus minusve accedunt; omnes officii monemus servandi etiam Constitutiones et decreta, quibus pravæ ejusmodi opiniones, quæ isthic diserte non enumerantur, ab hac Sancta Sede proscriptæ et prohibitæ sunt.*

* Vide Syllabum.

FACULTAD de TEOLOGIA · GRANADA ·

Sessio III. die 18 Julii 1870

Pius Episcopus servus servorum Dei sacro approbante Concilio ad perpetuam rei memoriam

Pastor aeternus et Episcopus animarum nostrarum ut saluti perenni redemptionis suae opus perenne redderet, sanctam aedificare Ecclesiam decrevit in qua veluti in domo Dei viventis fideles omnes unius fidei et charitatis vinculo continerentur. Quapropter priusquam clarificaretur, rogavit Patrem non pro Apostolis tantum, sed et pro iis qui credituri essent per verbum eorum in ipsum ut omnes unum essent, sicut ipse Filius et Pater unum sunt.(1) Quemadmodum igitur Apostolos, quos sibi de mundo elegerat, misit, sicut ipse missus erat a Patre: ita in Ecclesia sua Pastores et Doctores usque ad consummationem saeculi esse voluit. Ut vero Episcopatus ipse unus et indivisus esset, et per cohaerentes sibi invicem sacerdotes credentium multitudo universa in fidei et communionis unitate conservaretur, beatum Petrum ceteris Apostolis praeponens in ipso constituit perpetuum utriusque unitatis principium ac visibile fundamentum, super cujus fortitudinem aeternum exstrueretur templum, et Ecclesiae coelo inferenda sublimitas in hujus fidei firmitate consurgeret.(2) Et quoniam portae inferi, ad everten dam, si fieri posset, Ecclesiam contra ejus fundamentum divinitus positum majori in dies odio undique insurgunt; Nos itaque ad Catholici gregis custodiam, incolumitatem, augmentum, sacro approbante Concilio, necessarium esse judicamus, doctrinam de institutione, perpetuitate, ac natura

(1) Jo. XVII, 1, 20 sq. (2) S. Leo M. Serm. IV (al III) cap. II de die natali sui

sacri Apostolici primatus, in quo totius Ecclesiæ vis ac soliditas consistit, cunctis fidelibus credendam et tenendam, secundum antiquam atque constantem universalis Ecclesiæ fidem, proponere, atque contrarios, dominico grege adeo pernitiosos errores proscribere et condemnare.

Caput I.

De Apostolici Primatus in Beato Petro institutione

Docemus itaque et declaramus, juxta Evangelii testimonia primatum jurisdictionis in universam Dei Ecclesiam immediate et directe Beato Petro Apostolo promissum atque collatum à Christo Domino fuisse. Ad unum enim Simonem, cui dixerat: Tu vocaberis Cephas, (1) postquam ille sacram confessionem edidit: Tu es Christus Filius Dei vivi, locutus est Dominus: Beatus es Simon Bar Jona: quia caro, et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est. et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam. et tibi dabo claves regni cœlorum. et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in cœlis; et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in cœlis: (2) Atque uni Simoni Petro contulit Jesus post suam resurrectionem summi pastoris et rectoris jurisdictionem in totum suum ovile, dicens: Pasce agnos meos: pasce oves meas. (3) Hinc tam manifesta doctrina opponuntur prava eorum sententia, qui constitutam à Christo Domino in sua Ecclesia regiminis formam pervertentes negant, solum Petrum pro cæteris Apostolis, sive seorsum singulis sive omnibus simul vero proprioque jurisdictionis primatu fuisse à Christo

(1) Jo. I, 42. (2) Matth. XVI 16, 19. (3) Jo. XXI 15-17.

institutum, aut qui affirmant eundem primatum non immediate, directeque ipsi beato Petro, sed Ecclesiæ, et per hanc illi ut ipsius Ecclesiæ ministro delatum fuisse.

S. q. igitur dixerit, beatum Petrum Apostolum a Christo Domino constitutum non esse Apostolorum omnium principem et totius Ecclesiæ militantis visibile caput, vel eundem honoris tantum, non autem veræ propriæque jurisdictionis primatum ab eodem D. N. J. C. directe et immediate accepisse, Anath. sit.

Cap. II

De perpetuitate primatus Petri in Romanis Pontificibus.

Quod autem in beato Petro Apostolo princeps pastorum et pastor magnus ovium Dominus Christus Jesus in perpetuam salutem ac perenne bonum Ecclesiæ instituit, id eodem auctore in Ecclesia, quæ fundata super Petrum ad finem sæculorum usque firma stabit, jugiter durare necesse est. Nulli enim dubium, imo sæculis omnibus notum est, quid sanctus beatissimusque Petrus, Apostolorum princeps et caput, fideique columna et Ecclesiæ catholicæ fundamentum, quid a D. N. J. C. et Salvatore humani generis ac Redemptore claves regni acceperit, ad hoc usque tempus et semper in suis successoribus, Episcopis sanctæ Romanæ Sedis, ab ipso fundata, ejusque consecrata sanguine, vivit et præsidet, et judicium exercet. (1) Unde quicumque in hac Cathedra Petro succedit, is secundum Christi ipsius institutionem primatum Petri in univer-

(1) Con. Ephes. Action. III. Epist. Chrys. ep. ad Eutych. presbyt.

sam Ecclesiam obtinet. Manet ergo dispositis verbis, et beatus Petrus in accepta fortitudine petræ perseverans suscepta Ecclesiæ gubernacula non reliquit. (1) Hac de causa ad Romanam Ecclesiam propter potentiorem principalitatem necesse semper erat omnem convenire Ecclesiam, hoc est, eos, qui sunt undique fideles, ut in ea sede, è qua venerande communionis jura in omnes dimanant, tamquam membra in capite consociata, in unam corporis compagem coalescerent. (2)

S. q. ergo dixerit, non esse ex jussis Christi Domini institutione seu jure divino, ut beatus Petrus in primatu super universam Ecclesiam habeat perpetuos successores; aut Romanum Pontif. non esse beati Petri in eodem primatu successorem, anath. sit.

Cap. III

De vi et ratione primatus Romani Pontificis.

Quapropter apertis inimicis sacrarum Litterarum testimoniis et inhærendo traditionem generalium dissertis, perspicuisque decretis, innovamus œcumenici Concilii Florentini definitionem, qua credendum ab omnibus Christi fidelibus est, Sanctam Apostolicam Sedem, et Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum, et ipsum Pontificem Romanum successorem esse beati Petri principis Apostolorum, et verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, et omnium Christianorum patrem ac doctorem existere, et ipsi in beato Petro pascendi, regendi ac gubernandi universalem Ecclesiam a D. N. J. C. plenam potestatem traditam

(1) S. Leo Mag. Serm. III (al II) cap. III (2) S. Iren. Adv. hæres. l. III c. III et epist. Conc. Aquileiæ a. 381. ad Gratian. Imp. c. IV. Cf. Pius VII, Breve super solidit. tate

esse, quemadmodum etiam in gestis oecumenicorum Conciliorum et in sacris canonibus continetur.

Docemus proinde et declaramus, Ecclesiam Romanam disponente Domino super omnes alias ordinariæ potestatis obtinere principatum, et hanc Romani Pontificis jurisdictionis potestatem, quæ vere episcopalis est, immediatam esse: erga quam cujuscumque ritus et dignitatis, pastores atque fideles, tam seorsum singuli quam simul omnes, officio hierarchicæ subordinationis, veræque obedientiæ obstringuntur, non solum in rebus, quæ ad fidem et mores, sed etiam in iis, quæ ad disciplinam et regimen Ecclesiæ, per totum orbem diffusæ, pertinent; ita ut custodita cum Romano Pontifice tam communionis, quam ejusdem fidei professionis unitate, Ecclesia Christi sit unus grex, sub uno summo pastore. Hæc est Catholicæ veritatis doctrina, à qua deviare salva fide atque salute nemo potest.

Tantum autem abest, ut hæc Summi Pontificis potestas officiat ordinariæ ac immediatæ illi episcopalis jurisdictionis potestati, qua Episcopi, qui positi a Sancto in Apostolorum locum succedunt, (1) tanquam veri pastores assignatos sibi greges, singuli singulos, pascunt et regunt, ut eadem a supremo et universali Pastore asseratur, roboretur ac vindicetur, dicente Sancto Gregorio Magno: Meus honor est honor universalis Ecclesiæ. Meus honor est fratrum meorum solidus vigor. Tum ego vere honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus non negatur. (2)

Porro ex suprema illa Romani Pontificis potestate gubernandi universam Ecclesiam jus eidem esse consequitur, in hujus sui muneris exercitio libere

(1) Conc. Trid. Sess. XXIII c. IV (2) S. Greg. M. ad Eulog. Alexandr. ep. XXX Conc. Later. IV. cap. IV

communicandi cum pastoribus et gregibus totius Ecclesiæ, ut iidem ab ipso
in via salutis doceri ac regi possint. Quare damnamus ac reprobamus
illorum sententias, qui hanc segregationis cum pastoribus et gregibus com-
municationem licite impediri posse dicunt, aut eandem reddunt vocala
ri potestati obnoxiam, ita ut contendant, quod ab Apostolica Sede vel ejus
auctoritate ad regimen Ecclesiæ constituuntur, vim ac valorem non habe-
re, nisi potestatis sæcularis placito confirmentur.

Et quoniam divino Apostolici primatus jure Romanus Pontifex univer-
sæ Ecclesiæ præest, docemus etiam et declaramus, eum esse judicem supre-
mum fidelium [1], et in omnibus causis ad examen Ecclesiasticum spectan-
tibus ad ipsius posse judicium recursum [2]; Sedis vero Apostolicæ, cujus
auctoritate major non est, judicium a nemine fore retractandum,
neque cuiquam de ejus licere judicare judicium. Duare a recto veritatis
tramite aberrant, qui affirmant, licere ab judicio Romanorum Pontifi-
cum ad œcumenicum Concilium tanquam ad auctoritatem Romano
Pontifice superiorem appellare.

S. q. itaque dixerit, Romanum Pontificem habere tantummodo officium
inspectionis vel directionis, non autem plenam et supremam potestatem
jurisdictionis in universam Ecclesiam, non solum in rebus, quæ ad
fidem et mores, sed etiam quæ ad disciplinam et regimen Ecclesiæ per
totum orbem diffusæ pertinent; aut eum habere tantum potiores
partes, non vero totam plenitudinem supremæ potestatis; aut hanc ejus potestatem non esse ordinariam et immediatam sive in
omnes ac singulas Ecclesias sive in omnes et singulos pastores et fideles; anath.

sit. 1) Pii VI. Breve super solidit. 28 Nov. 1786 2) Conc. Rhem. Lugdun. II 3) Epist. Nicolai I ad Michaelem Imp.

Caput IV.

De Romani Pontificis infallibili magisterio.

FACULTAD de TEOLOGIA GRANADA

Ipso autem Apostolici primatu, quem Romanus Pontifex tanquam Petri principis Apostolorum successor in universam Ecclesiam obtinet, supremam quoque magisterii potestatem comprehendi, hoc sancta semper tenuit perpetuus Ecclesiæ usus comprobat, ipsaque oecumenica Concilia, ea in primis, in quibus Orientis cum Occidente in fidei charitatisque unionem conveniebat, declarare solent. Patres enim Concil. Constant. IV, majorum vestigiis inhærendo, hanc solemnem edidere professionem: Prima salus est, rectæ fidei regulam custodire. Et quia non potest Domini N. J. C. pretermitti sententia dicentis: Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam (1), hæc, quæ dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in sede Apostolica immaculata est semper catholica reservata religio, et sancta celebrata doctrina. Abhujus ergo fide et doctrina separari minime cupientes, optamus, ut in una communione, quam sedes Apostolica prædicat, esse mereamur, in qua est integra et vera Christiani religionis soliditas (2). Approbante vero Lugdunensi Concilio II, Græci professi sunt: sanctam Romanam Ecclesiam summum et plenum primatum et principatum super universam Ecclesiam catholicam obtinere, quem se ab ipso Domino in beato Petro Apostolorum principe, sive vertice, cujus Romanus Pontifex est successor, cum potestatis plenitudine recepisse veraciter et humiliter recognoscit; et sicut pro cæteris tenetur fidei veritatem defendere, ita, si quæ de fide subortæ fuerint quæstiones, suo debent judicio definiri. Et Florentinum denique Concilium definivit:

(1) Matth. XVI, 18 (2) Ex formula S. Hormisdæ Papæ, prout ab Hadriano II Patribus Conc. Œcum. VIII, Constantinop. IV, proposita et ab iisdem subscripta est.

Pontificem Romanum, verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiæ caput et omnium Christianorum patrem ac doctorem provehere, et qui in beato Petro pascendi, regendi ac gubernandi universalem Ecclesiam a D.N.J.C. plenam potestatem traditam esse (1)

huic pastorali muneri ut satisfacerent, prædecessorum doctrinam defendere semper operam dederunt, ut salutaris Christi doctrina apud omnes terræ populos propagaretur, pariterque curæ vigilarent, ut, ubi recepta esset, sincera et pura conservaretur. Quocirca totius orbis ☒ 2* nunc in Synodis congregati, longam Ecclesiarum consuetudinem et antiquæ regulæ formam sequentes, ea præsertim perscrutata, quæ in negotiis fidei emergebant, ad hanc sedem Apostolicam retulerunt ut tibi potissimum rei sarcirentur damna fidei, ubi fides non potest sentire defectum (2)

☒ Christi fideles nunc singuli, 1* nunc 4* Synodos particulares, nunquam a viis ~~nunquam~~ × Romani autem Pontifices, prout tempora et rerum conditio suadebat nunc convocatis ecumenicis Conciliis aut rogata Ecclesia per orbem dispersa ~~sententia~~ 3*

~~sua~~, quæ divina suppeditabat providentia, adhibitis quasi signis, ea tenenda definiverunt, quæ sacris Scripturis et apostolicis traditionibus consentanea Deo adjutore cognoverant. Hinc enim Petri successoribus dubium non est, ut eo revelante novam doctrinam patefacerent, sed ut eo assistente traditam per Apostolos revelationem seu fidei depositum sanctum custodirent et fideliter exponerent. Quorum quidem apostolicam doctrinam omnes venerabiles Patres amplexi et sancti Doctores orthodoxi venerati atque secuti sunt, plenissime scientes, hanc sancti Petri sedem ab omni semper errore illibatam permanere, secundum Domini Salvatoris nostri divinam pollicitationem discipulorum suorum principi factam: Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos (5)

Hæc igitur veritati et fidei non deficientis charisma Petro ejusque in hac Cathedra successoribus divinitus collatum est, ut eximio suo munere in omnium salutem fungerentur,

(1) Jo. XXI, 15, 17. (2) S. Cyr. Alex. ad S. Celest. P. (3) S. Innoc. I ad Conc. Carth. et Milev. (4) S. Bernardus ep. 190 (5) S. Agatho epist. ad Imper. a Conc. Oecum. VI. approbata.

ut universus Christi grex per eos a pernitiosa venenosaque aduersus
caelestis doctrinae pabulo nutriretur, ut sublata schismatis occasione Ec-
clesia tota una conseruaretur atque eius fundamento innixa firma aduersus inferi portas consisteret.

Ut vero cum hac ipsa aetate, qua salutiferum Apostolici muneris efficacium adeo maxime requiritur, non pauci inueniantur, qui illius auctoritati obtrectant, necessarium omnino esse censemus, prorogatiuam quam unigenitus Dei Filius cum supremo pastorali officio conjungere dignatus est, solemniter asserere.

Itaque Nos traditioni a fidei Christianae exordio percepto fideliter inhaerendo, ad Dei Saluatoris nostri gloriam religionis Catholicae exaltationem ac Christianorum populorum salutem, sacro approbante Concilio, docemus et diuinitus reuelatum dogma esse definimus: Romanum Pontificem, cum ex Cathedra loquitur, id est, cum omnium Christianorum Pastoris et Doctoris munere fungens, pro suprema sua Apostolica auctoritate doctrinam de fide vel moribus ab universa Ecclesia tenendam definit, per assistentiam diuinam, ipsi in beato Petro promissam, ea infallibilitate pollere qua diuinus Redemptor Ecclesiam suam in definienda doctrina de fide vel moribus instructam esse voluit; ideoque eiusmodi Romani Pontificis definitiones ex sese, non autem ex consensu Ecclesiae irreformabiles esse.

Si quis autem huic Nostrae definitioni contradicere, quod Deus auertat, praesumpserit, anathema sit.

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

Excommunicationes lata sententia speciali modo
Romano pontifici reservata

Itaque excommunicationi lata sententia speciali modo Romano Pontifici reservata ~~sub~~ declaramus:

I

Omnes a Christiana fide apostatas, et omnes ac singulos haereticos, quocumque nomine censeantur, et cujuscumque secta existant, eisque credentes, eorumque receptores, fautores ac generaliter quoslibet eorum defensores.

II

Omnes et singulos scienter legentes sine auctoritate Sedis Apostolicae libros eorumdem apostatarum et haereticorum haeresim propugnantes, nec non cujuscumque auctoris per Apostolicas litteras nominatim prohibitos, eosdemque libros retinentes, imprimentes et quomodolibet defendentes.

III

Schismaticos, et eos qui Romani Pontificis pro tempore existentis obedientiae pertinaciter se subtrahunt et recedunt.

IV

Omnes et singulos, cujuscumque status, gradus seu conditionis fuerint, ab ordinationibus seu mandatis Romanorum Pontificum pro tempore existentium ad universale futurum Concilium appellantes, nec non eos, quorum auspicio consilio vel favore appellatum fuerit

V

Omnes interficientes, mutilantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel horribiliter insequentes S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, sedique Apostolicae Legatos, vel Nuncios aut eos a suis Dioecesibus, Territoriis, Terris seu Dominiis, ejusdem Sedis auctoritate recedere nolentes, seu postquam inde recesserint, illis auxilium consilium vel favorem

VI

Impedientes directe vel indirecte exercitium jurisdictionis ecclesiasticae, sive interni sive externi fori, eo ad hoc recurrentes ad forum laicale, eisque mandata provocantes, edentes, aut auxilium vel favorem praestantes.

VII.

Cogentes sive directe sive indirecte judices laicos ad trahendos ad forum tribunal personas ecclesiasticas praeter canonicas dispositiones: item edentes leges vel decreta contra libertatem aut jura Ecclesiae

VIII.

Recurrentes ad laicam potestatem ad impediendas litteras vel acta quaelibet a Sede Apostolica vel ab ejusdem Legatis aut Delegatis quibuscumque profecta, eorumque promulgationem vel executionem directe vel indirecte prohibentes, aut eorum causa, sive ejus partes, sive alios laedentes vel perturbare facientes

IX

Omnes, Italiae vel Utterarum Apostolicarum etiam in forma Brevis ac

supplicationum gratiam vel justitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S. R. R. Vice-cancellarios seu ferentes vices eorum, aut de mandato ejusdem Romani Pontificis signaturam: nec non falso publicantes Litteras Apostolicas, etiam in forma Brevis, et etiam falso signantes, supplicationes hujusmodi sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarii aut gerentis vices prædictorum

X

Absolventes complicem in peccato turpi etiam in mortis articulo, si alius sacerdos, licet non approbatus ad confessiones, sine gravi exoritura infamia et scandalo, poterit excipere morientis confessionem

XI

Usurpantes, aut sequestrantes, jurisdictionem, bona, redditus ad personas ecclesiasticas ratione suarum Ecclesiarum aut beneficiorum pertinentes.

XII

Invadentes, destruentes, detinentes per se vel per alios, terras loca aut jura ad Ecclesiam Romanam pertinentia; vel usurpantes, perturbantes, retinentes ac quovismodo jurisdictionem in eis, nec non ad singula prædicta, auxilium, consilium, favorem præbentes.

~~XIII~~

A quibus omnibus excommunicationibus huc usque recensitis, absolutionem Romano Pontifici pro tempore specialiter modo reservatam esse et reservari, et pro earum relaxationem concessionem absolvendi a earibus et censuris sive excommunicationibus Romano Pontifici reservatis, nullo pacto sufficere declaramus, revocatis insuper eatenus respective quibuscumque indultis, concessis, sub quavis forma et sub quibuscumque personis, etiam Regularibus cujuscumque Ordinis, Congregationis, Societatis et Instituti etiam specialissima mentione dignis et in quavis dignitate constitutis. Absolvere autem præsumentes, sine debita facultate, etiam quovis prætexto, excommunicationis vinculo Romano Pontifici reservato innodatos se sciant, adeo ut non negatur de mortis articulo, in quo tamen firmum sit quoad absolutos obligatio standi mandatis Ecclesiæ secus valuerint.

Excommunicatione, late sententiæ Romano Pontifici reservata

Excommunicationi late sententiæ Romano Pontifici reservatæ subjacere declaramus:

I

Docentes vel defendentes, sive public sive private quamvis propositiones ab Apostolica Sede damnatas sub excommunicationis pœna late sententiæ, item docentes vel defendentes tanquam licitam practicam inquirendi a pœnitente nomen complicis, prout damnata est a Benedicto XIV, in Const. Suprema, 7 Jul 1745, Ubi primum, 2 Jun. 1746, Ad eradicandam 28 Septembris 1746, Vid appendix n. 1.

II

Violentas manus, suadente diabolo, injicientes in Clericos, vel utrius

que regus Monachos, exceptis quoad reservationis casibus et personis, de quibus jure vel privilegio permittitur, at Episcopus vel alius absolvat 1591

III

Duellum perpetrantes, aut simpliciter ad illud provocantes, vel ejusmodi acceptantes, et quoslibet complices, vel qualemcumque operam vel favorem prebentes, nec non de industria expectantes, illudque permittentes, vel quantum in illis est, non prohibentes, cujuscumque dignitatis sint, etiam regalis vel Imperialis.

IV

Nomen dantes Secte Massonice, aut Carbonarie, aut aliis ejusdem generis sectis, que contra Ecclesiam vel legitimas potestates, seu palam seu clandestine machinantur, nec non iisdem sectis favorem qualemcumque prestantes; earumve occultos coriphaeos ac duces non denunciantes, donec non denunciaverint.

V

Immunitatem asyli ecclesiastici violare jubentes, aut ausu temerario violantes.

VI

Violantes clausuram Monialium, cujuscumque generis aut conditionis, sexus vel etatis fuerint, in earum monasteria atque legitima licentia ingrediendo; pariterque eos introducentes, vel admittentes; itemque Moniales, et alias quascumque extra casus a jure formam a S. Pio V in Const. Decori, prescriptum. (App. n. 2)

VII

Mulieres violantes Regularium virorum clausuram; et Superiores aliosve eas admittentes.

VIII

Reos Simonie realis in beneficiis quibuscumque, eorumque complices.

IX

Reos Simonie confidentialis in beneficiis quibuslibet, cujuscumque sint dignitatis.

X

Reos Simonie realis ob ingressum in Religionem

XI

Omnes qui, quotiescumque incidentes in indulgentiis aliisque gratiis spiritualibus, ejusmodi excommunicationis censura plectuntur Constitutione S. Pii V. Quam plenum 2 Jan. 1571 (vid. in appendice n. 3)

XII

Colligentes eleemosynas majoris pretii pro Missis, et ex iis lucrum captantes, faciendo eas celebrari in locis ubi Missarum stipendia minoris pretii esse solent.

XIII

Omnes qui excommunicatione mulctantur in Const. S. Pii V. Admonet nos, quarto Kal. Apr. 1567. Innocentii IX, Quod ab hac Sede, pridie Nonas Novembris 1591, Clementis VIII, Ad Romani Pontificis curam, 26 Junii 1592, et Alexandri VII, Inter cetera, nono Kalendas Novembris 1660 alienationem et infeudationem Civitatum et Locorum S. R. E. respicientibus. (vid. in appendice n. 4)

XIV

Religiosos quosdamcumque Clericos aut Laicos extra casum necessitatis Sacra-

mentum Extremæ Unctionis aut Eucharistiæ per Viaticum ministrare absque Parochi licentia. XV.

Apostatæ, absque legitima venia religionis ex sacri cœnobii sive latæ cum Urbe Roma, ejusque territorii, eisque auxilium vel favorem præbentes. XVI.

Communicantes cum excommunicato nominatim à Papa in crimine criminoso ei rebelli et impendendo auxilium vel favorem XVII.

Clericos scienter et sponte communicantes in divinis cum Personis à Romano Pontifice nominatim excommunicatis, et ipsos in officiis recipientes.

Excommunicationem latæ sententiæ, quibuscumque sive Ordinariis reservata.

Excommunicationem latæ sententiæ quibuscumque sive Ordinariis reservatæ subjacere declaramus.

I.

Clericos in sacris constitutos, vel Regulares aut moniales, post votum solemne castitatis matrimonium contrahere præsumentes, nec non omnes cum aliqua ex prædictis personis matrimonium contrahere præsumentes.

II

Procurantes abortum, effectu sequuto.

III

Litteris apostolicis falsis scienter utentes, vel eorumdem ea denuo cooperantes.

IV

Excommunicationis latæ sententiæ nemini reservatæ

I

Excommunicationem latæ sententiæ nemini reservatæ subjacere declaramus.

I

Mandantes vel cogentes, fratres Ecclesiasticæ sepulturæ hæreticos notorios aut nominatim excommunicatos vel interdictos

II

Ledentes, aut per se vel alios quoscumque inquisitores, denunciantes, testes, aliosve ministros S. Officii, ejusve Sacri Tribunalis scripturas dirigentes, aut comburentes, vel prædictis quibuslibet, auxilium, consilium, favorem præstantes.

III

bis

Ledentes et pertinacia facientes Inquisitores, denuntiantes testes, clericos ministros S. officii, ejusque Sacri Tribunalis scripturas dirripientes, aut comburentes, vel qui 159
burlibet capitulum consilium favorem praestantes.

III

Alienantes et recipere praesumentes bona ecclesiastica absque Beneplacito Apostolico ad formam Const. vagantis Ambitiosae de reb. Eccl. non alienandis. (vid. app. n.o 5.)

II

Negligentes, sive culpabiliter omittentes denunciare infra mensem conferarios sive sacerdotes à quibus sollicitati fuerint ad turpia, cujuslibet capitibus Apparens à Pio V. et Nostris, Gregor. XV. Constit. Universi 20 Augusti 1622. et Bened. XIV Const. Sacramentum Poenitentiae 1 Jun. 1741 (vid. in app. n. 6)

Praeter hos Lectenus recensitos, eosque quos Sanctitas Concilium Trid. dentinum, sive reservatis Summo Pontifici aut Ordinariis abolitione, sive absque ulla reservatione excommunicavit. Nos pariter ita excommunicatos esse declaramus, exceptis anathematis poena in Decreto Sess. IV de Editione et usu Sacrorum Librorum constituta, cui illos tantum subjacere volumus qui libros de rebus Sacris tractantes, sine Ordinaria approbatione imprimunt, aut imprimi faciunt.
(Vid. in append. n.o 7.)

Suspensione lata Sententia Summo Pontifici reservata

I

Suspensionem ipso facto incurrunt à novum Beneficiorum perceptione ad beneplacitum S. Sedis, Capitula et Conventus Ecclesiarum et Monasteriorum, aliique omnes, qui ad illarum seu illorum regimen et administrationem recipiunt Episcopi, aliove Prelatos de praedictis Ecclesiis seu Monasteriis apud eandem S. Sedem, quovis modo provisi, antequam ipsi exhibuerint Litteras apostolicas de sua promotione.

II

Suspensionem per triennium a collatione Ordinum ipso jure incurrunt aliqui Ordinantes absque titulo beneficii vel patrimonii, cum pacto ut ordinatus non petat ab ipsis alimenta

III

Suspensionem per annum ab ordinum administratione ipso jure incurrunt, Ordinantes alienum subditum etiam sub pacto beneficii statim conferendi aut jam collati, sed minime sufficientis, absque ejus Episcopi litteris dimissorialibus; vel etiam subditum proprium qui alibi tanto tempore moratus sit, ut canonicum impedimentum contrahere ibi potuerit, absque Ordinarii ejus loci litteris testimonialibus

IV

Suspensionem per annum a collatione ordinum ipso jure incurrit

qui excepto casu legitimi privilegii, Ordinem sacrum contulerit absque titulo beneficii vel patrimonii clerico in aliqua congregatione viventi, in qua solemnia Professio non emittitur, vel etiam religioso nondum professo

4

Suspensionem perpetuam ab executio ordinum ejus, jure incurrant Religiosi ejecti, extra Religionem degentes.

VI

Suspensionem ab Ordine suscepto ipso jure incurrant, qui eundem Ordinem recipere presumpserint ab excommunicato, vel supposito vel interdicto nominatim denunciato, aut ab haeretico vel schismatico notorio: eumdem vero qui bona fide a quo etiam eorum est Ordinatus, exercitium non habere ordinis sic suscepti, donec dispensetur, declaramus.

VII

Clerici saeculares, extra suae quisque mensae, in Urbe commorantes, ordinati ab alio quam ab ipso suo Ordinario, absque licentia Card. Urbis Vicarii, vel absque peculio examine coram eodem peracto, vel etiam a proprio Ordinario postea quam ad praedicto examine rejecti fuerint; nec non clerici pertinentes ad aliquem e sex Episcopatibus Suburbicariis, si ordinentur extra suam Dioecesim dimissorialibus sui Ordinarii ad alium directis, quam ad Card. Urbis Vicarium, vel non praemisso ante ordinem sacrum suscipiendum examine clericis praefatis peragendo, per decem dies in domo Urbana Sacerdotum a Missione nuncupatorum, suspensio nem ab ordinibus sic susceptis ad beneplacitum Sanctae Sedis ipso jure incurrunt: Episcopi vero ordinantes, ab usu Pontificalium per annum.

Interdicta lata sententia reservata

Interdictum Romano Pontifici speciali modo reservatum ipso jure incurrunt Universitates, Collegia et Capitula, quocumque nomine nuncupentur, ab Ordinationibus seu mandatis ejusdem Romani Pontificis pro tempore existentis ad universale futurum Concilium appellantia

II

Scientes celebrante, vel celebrari facientes divina in locis ab Ordinario, vel delegato Judice, vel a jure interdictis, aut nominatim excommunicatos ad divina officia, seu Ecclesiastica sacramenta vel Ecclesiasticam sepulturam admittentes, interdictum ab ingressu Ecclesiae ipso jure incurrunt, donec ad arbitrium ejus cujus sententiam contempserunt, competenter satisfecerint.

Denique quoque alios sacrosanctum Concilium Tridentinum suspensos aut interdictos ipso jure esse decrevit, Nos pari modo suspensioni vel interdicto eosdem obnoxios esse volumus et declaramus. (Vide in append. n. 8)

Quae vero censura sive excommunicationis, sive suspensionis, sive interdicti,

Nostrici, aut Prædecessorum nostrorum Constitutionibus aut
Sacri Canonibus, potestas quavis occasione, lata sunt, atque hac 1611
tenus in suo vigore permanserint, sive pro Romani Pontificis electione sive pro
interno regimine quorumcunque Ordinum vel Institutorum Regularium
nec non quorumcunque Collegiorum, Congregationum, Cœtuum locorumque pio
rum, cujuscunque nominis aut generis sint, eas omnes, firmas esse et
in suo robore permanere volumus et declaramus.

FACULTAD de TEOLOGIA · GRANADA ·

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA · GRANADA ·

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

(63)

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

(68)

I.

Syllabus complectens praecipuos nostro aetatis errores, qui notantur in Allocutionibus Consistorialibus, in Encyclicis aliisque Apostolicis Litteris S.S.D.N. Pii Papae IX.

§. I.

Pantheismus Naturalismus et Rationalismus absolutus.

I. „Nullum supremum, sapientissimum, providentissimumque Numen divinum existit ab hac rerum universitate distinctum, et Deus idem est ac rerum natura ~~ac rerum natura~~ et idcirco immutationibus obnoxius, Deusque reipsa fit in homine et mundo, atque omnia Dei sunt et ipsissimam Dei habent substantiam; ac una eademque res est Deus cum mundo, et proinde spiritus cum materia, necessitas cum libertate, verum cum falso, bonum cum malo." — Allocutio habita in Consist. die IX Junii Anno 1862. Adstantibus etiam Episcopis Primat. Archiep. Episc, solemnis Sanctorum Martyrum in Japonia et Michael. de Sanctis Canonizationis causa Romam convocatis. In hac vero legitur inter alia, hoc: „At vero eo impietatis et impudentiae devenerunt, ut inimici Crucis (4) et odium petere, ac Deum ipsum de medio tollere conentur. Imagini enim improbitate ac stultitia haud timent asserere, nullum supremum etc (ut supra) malo, et justum cum injusto. Quo certe nihil dementius, nihil magis impium, nihil contra ipsam rationem magis repugnans fingi et excogitari unquam potest.

II „Negandi est omnis Dei actio in homines et mundum" Alt. mag. quid. 9 Junii 1862. in qua legitur hoc. „Insuper infitiari audent sterbulentissimi perversorum dogmatum cultores omnem Dei in homines mundumque actionem"

III. „Humana ratio, nullo prorsus Dei respecta habito, unicus est veri et falsi, boni et mali arbiter, sibi ipsi est lex et naturalibus suis viribus ad hominum ac populorum bonum curandum sufficit" Ibidem, ubi legitur: „Ac temere affirmant, humanam ratio

nem, nullo prorsus dei respectu habito, humanam esse veri et falsi, boni et mali arbitrium, eamdemque humanam rationem sibi ipsi esse legem, ac natu-
ralibus suis viribus ad hominum ac populorum bonum curandum sufficere„

IV. „Omnes religionis veritates ex nativa humanae rationis vi dervivant; hinc ratio est prin-
cipis norma qua homo cognitionem omnium cujuscumque generis veritatum assequi pos-
sit ac debeat„ Epist. Encyc. Qui pluribus 9 nov. 1846. Singulari quidem 17 martii 1856
Allocutione quidem 9 dec. 1862.

V. „Divina revelatio est imperfecta et idcirco subjecta continuo et indefinito progressui
quae humanae rationis progressioni respondeat„ Ep. Enc. Qui pluribus. 9 Nov. 1846. All. Maxi-
ma quidem. 9 jun. 1862.

VI. „Christi fides humanae repugnatur rationi; divinaque revelatio non solum nihil prodest,
verum etiam nocet hominis perfectioni„ Ep. Enc. Qui pluribus 9 Nov. 1846. All. Maxima quidem
9 jun. 1862.

§. IV.

~~Rationalismus moderatus.~~

VII. „Prophetiae et miracula in Sacr. Litteris exposita et narrata sunt poetarum commenta, et christianae fidei mysteria philosophicarum investigationum fru-
ma, et utriusque testamenti libris mythica continentur inventa; ipseque J. Christus est mythica ficties„
Ep. Encyc. Qui pluribus 9 Nov. 1846. All. Maxima quidem 9 jun. 1862.

§. II

Rationalismus moderatus.

VIII. „Cum ratio humana ipsi religioni aequiparetur, idcirco theologica disciplina pari-
de ac philosophica tractanda sunt„ Allocut. Singulari quadam perfusi 9 decem. 1854

IX. „Omnia indistinctim dogmata religionis christianae sunt objecta naturalis scientiae seu
philosophiae; et humana ratio historice tantum exculta potest ex suis naturalibus viribus
et principiis ad veram de omnibus etiam reconditioribus dogmatibus scientiam pervenire,
modo haec dogmata ipsi rationi tanquam objectum proposita fuerint„ Epist ad Archiep. Frisin.
Gravissimas 11 dec. 1862. Ep. ad eumdem Suas libenter 21 decem. 1863.

X. „Cum aliud sit philosophus, aliud philosophia; ille jus et officium habet se submittendi auc-
toritati, quam veram ipse probaverit; at philosophia, neque potest, neque debet ulli se

summittere auctoritati„ Ep. ad Archiep. Frising. Gravissimas. 11 Dec. 1862.
Ep. ad eundem. Tuas libenter. 21 Dec. 1863.

XI „ Ecclesia non solum non debet in philosophiam unquam ancilla deservire, verum etiam debet ipsius philosophiae tolerare errores, eique relinquere ut ipsa se corrigat„ Ep. ad Archiep. Frising. Gravissimas 11 Dec. 1862.

XII „ Apostolicae Sedis, Romanarumque Congregationum decreta liberum scientiae progressum impediunt„ Ep. ad Archiep. Frising. Tuas libenter. 21 Dec. 1863.

XIII „ Methodus et principia, quibus antiqui doctores scholastici Theologiam excoluerant, temporum nostrorum necessitatibus scientiarumque progressui minime congruunt„ Ep. ad Archiep. Frising. Tuas libenter 21. Dec. 1863.

XIV „ Philosophia tractanda est, nulla supernaturalis revelationis habita ratione„ Ep. ad Archiep. Frising. Tuas libenter 21. Dec. 1863.

N.B. Eam rationalismi systemate cohaerent maximam partem errores Antonii Guenther, qui damnantur in Epistola ad Card. Archiep. Coloniensem. Eximiam tuam 15 jun. 1857. et in Epist ad Episc. Wratislaviensem, Dolore haud mediocri 30 aprilis 1860.

§. III

Indifferentismus, Latitudinarismus.

XV „ Liberum cuique homini est eam amplecti ac profiteri religionem, quam rationis lumine quis ductus veram putaverit„ Litt apost Multiplices inter 10 jun. 1851. Alloc. Maxima quidem 9 junii. 1862.

XVI „ Homines in cujusvis religionis cultu viam aeternae salutis reperire aeternamque salutem assequi possunt„ Ep. encycl. Qui pluribus 9. Nov. 1846 Alloc. Ubi primum 17 Dec. 1847. Ep. encycl. Singulari quidem 17 Martii 1856.

XVII. „ Saltem bene sperandum est de aeterna illorum salute qui in vera Christi Ecclesia minime versantur„ Alloc. Singulari quadam. 9 Dec. 1854. Ep. encycl. Quanto conficiamur Moerore 10 Aug. 1863.

XVIII. Protestantismus non aliud est quam diversa sane ejusdem christianae religionis forma, in qua aeque ac in Ecclesia catholica Deo placere datum est„ Ep. encycl. Noscitis et Nobiscum, 8 decembris 1849.

§. IV.

Socialismus. Communismus, Societates clandestinæ, Societates biblicæ, Societates Clerico-liberales

Ejusmodi pestes sæpe gravissimisque verborum formulis reprobantur in Ep. Encycl. Qui pluribus 9 novemb. 1846; in Alloc. Quibus quantisque 20 aprilis 1849; in Ep. Encycl. Noscitis et Nobiscum 8 decem. 1849, in Alloc. Singulari quadam 9 decem. 1854; in Ep. Encycl. Quanto conficiamur mœrore 10 aug. 1863.

§. V.

Errores de Ecclesia ejusque juribus.

XIX. „ Ecclesia non est vera perfectaque societas plane libera; nec pollet suis propriis et constantibus juribus sibi à divino suo fundatore collatis, sed civilis potestatis est definire quæ sint Ecclesiæ jura ac limites, intra quos eadem jura exercere queat „ Alloc. Singulari quadam, 9 dec. 1854. Alloc Multis gravibusque, 17 decemb. 1860 Alloc. Maxima quidem 9 junii 1862.

XX. „ Ecclesiastica potestas suam auctoritatem exercere non debet absque civilis gubernii venia et assensu „ Alloc. Meminit unusquisque 30 Septembr. 1861.

XXI. „ Ecclesia non habet potestatem dogmatice definiendi, religionem catholicam Ecclesiæ esse unicè veram religionem „ Litt. apost. Multiplices inter. 10 jun. 1851.

XXII. „ Obligatio, qua catholici magistri et scriptores omnino astringuntur, coarctatur unicè iis tantum, quæ ab infallibili Ecclesiæ judicio veluti fidei dogmata ab omnibus credenda proponuntur „ Epist ad Archiep. Frising. Tuas libenter 21 dec. 1863.

XXIII. „ Romani Pontifices et Concilia œcumenica a limitibus suæ potestatis recesserunt, jura Principum usurparunt, atque etiam in rebus fidei et morum definiendis errarunt „ Litt apost. Multiplices inter, 10 jun. 1851.

XXIV. „ Ecclesia vis inferendæ potestatem non habet, neque potestatem ullam temporalem directam vel indirectam „ Litt. apost. A Apostolicæ, 22. august. 1851.

XXV. Præter potestatem Episcopatui inhærentem, alia est attributa temporalis potestas à civili imperio, vel expresse vel tacite concessa, revocanda propterea cum

habuerint a civili imperio. Litt. apost. Ad apostolicæ. 22 aug. 1851.

XXVI. „ Ecclesia non habet nativam ac legitimum jus acquirendi ac possidendi „ Alloc. Numquam fore 15 dec. 1856. Ep. Encycl. Inter graves 17 Set. 1863.

XXVII. „ Sacri Ecclesiæ ministri Romanusque Pontifex ab omni rerum temporalium cura ac dominio sunt excludendi „ Alloc. Maxima quidem, 9 jun. 1862.

XXVIII. „ Episcopis, sine gubernii venia, fas non est adeo apostolicas litteras promulgare „ Alloc. Numquam fore, 15 dec. 1856.

XXIX. „ Gratia a Romano Pontifice concessa existimari debent tanquam irrita, nisi ipsa gubernium fuerint implorata „ Alloc. Numquam fore 15 dec. 1856.

XXX. „ Ecclesiæ et personarum ecclesiasticarum immunitas a jure civili ortum habuit „ Litt. apost. Multiplices inter, 10 jun. 1851.

XXXI. „ Ecclesiasticum forum pro temporalibus decisionem causis sive civilibus sive criminalibus omnino de medio tollendum, est etiam inconsulta et reclamante Apostolica Sede „ Alloc. Acerbissimum 27 Setembr. 1852. Alloc. Numquam fore, 15 dec. 1856.

XXXII. „ Absque ulla naturalis juris et æquitatis violatione potest abrogari personalis immunitas, qua clerici ob onera subeunda, quæ civili militiæ incumbunt, hanc vero abrogationem postulat civilis progressus, maxime in societate ad formam liberiorum regiminum constituta. Epist. ad Episc. Montis regalis Singularis nobisque 29 Set. 1864.

XXXIII. „ Non pertinet unice ad ecclesiasticam jurisdictionis propriis ac nativo jure divino theologicarum rerum doctrinam „ Epist ad Archiep. Frising. Tuas libenter 21. Dec. 1863.

XXXIV. „ Doctrina comparantium Romanum Pontificem principi libero et agenti in universa Ecclesia, doctrina est quæ medio ævo prævaluit „ Litt. apost. Ad apostolicæ. 22 aug. 1851.

XXXV. „ Nihil vetat, alicujus Concilii generalis sententia aut universorum populorum facto, summum Pontificatum ab Romano Episcopo atque Urbe ad alium Episcopum aliamque civitatem transferri „ Litt. apost. Ad apostolicæ 22 aug. 1851.

XXXVI. Nationalis concilii definitis nullam aliam admittit disputationem civilisque

administratio rem ad hos terminos cogere potest „ Litt. Apost. Ad apostolicæ 22 Aug. 1851.

XXXVII. Instituti possunt nationales Ecclesiæ ab auctoritate Romani Pontificis subductæ planeque divisæ. Alloc. Multis gravibusque 17 dec. 1860. Alloc. Jamdudum cernimus 18 martii 1851.

XXXVIII. Divisioni Ecclesiæ in orientalem atque occidentalem inimica Romanorum Pontificum arbitria contulerunt. Litt. apost. Ad apostol. 22 aug. 1851.

§. VI.

Errores de societate civili tum in se, tum in suis ad Ecclesiam relationibus spectata

XXXIX. „ Reipublicæ status, utpote omnium jurium origo et fons, jure quodam pollet nullis circumscripto limitibus. Allocut. Maximè quidem, 9 jun. 1862.

XL. „ Catholicæ Ecclesiæ doctrinæ humanæ societatis bono et commodo adversatur „ Epist. Encycl. Qui pluribus 9 nov. 1846. Allocut. Quibus quantisque, 20 aprilis 1849.

XLI. „ Civili potestati vel ab infideli imperante exercitæ competit potestas indirecta negativa in sacra; eidem proinde competit jus quod vocant exequatur, seu etiam jus appellationis, quam nuncupant, ab abusu. Litt. apost. Ad apostolicæ, 22 aug. 1851.

XLII. „ In conflictu legum utriusque potestatis, jus civile prævalet „ Litt. apost. Ad apostolicæ, 22 aug. 1851.

XLIII. Laica potestas auctoritatem habet rescindendi, ac faciendi irritas solemnes conventiones (vulgo Concordata) super usu juris ad ecclesiasticam immunitatem pertinentium cum Sede apostolica initas, sine hujus consensu, imo et ea reclamante. Allocut. In consistoriali, 1 Nov. 1850. Allocut. Multis gravibusque 17 dec. 1860.

XLIV. Civilis auctoritas potest se immiscere rebus quæ ad religionem, mores et regimen spirituale pertinent. Hinc potest de institutionibus judicare, quas Ecclesiæ pastores ad conscientiarum normam pro suo munere edunt, quin etiam potest de divinorum sacramentorum administratione et dispositionibus ad ea ~~suscipienda~~ suscipienda

necessariis decernere„ Alloc. In consistoriali 1 Nov. 1850 Alloc. Maxima quidem 9 jun. 1862.

1857

XLV. „Totum scholarum publicarum regimen, in quibus juventus christiano alicujus Reipublicæ instituitur, episcopalibus duntaxat seminariis aliqua ratione exceptis, potest ac debet attribui auctoritati civili, et ita quidem attribui, ut nulli alii cuicunque auctoritati recognoscatur jus immiscendi se in disciplina scholarum, in regimine studiorum, in graduum collatione, in delecta aut approbatione magistrorum„ Alloc. In consistoriali 1 nov. 1850 Alloc. Quibus luctuosissimis 5 setemb. 1851.

XLVI. „Immo in ipsis clericorum seminariis methodus studiorum adhibenda civili auctoritati subjicitur„ Alloc. Numquam fore 15 decemb. 1856.

XLVII. „Postulat optima civilis societatis ratio, ut populares scholæ, quæ patent omnibus cujusque è populo classis pueris, ac publica universim instituta, quæ litteris severioribusque disciplinis tradendis et educatione juventutis curandæ sunt destinata, eximantur ab omni Ecclesiæ auctoritate, moderatrice vi et ingerentia, plenoque civilis ac politicæ auctoritatis arbitrio subjiciantur ad imperantium placita et ad communium ætatis opinionum ad mensuram„ Epist ad Archiep. Fribourg. Quamvis nine, 14 julii 1864.

XLVIII. „Catholicis viris probari potest ea juventutis instituendæ ratio, quæ sit a Catholica fide et ab Ecclesiæ potestate sejuncta, quæque rerum duntaxat naturalium scientiam ac terrenæ tantummodo vitæ fines unice vel saltem primarios spectet„ Epist ad Archiep. Fribourg. Quamvis nine 14 julii. 1864

XLIX. „Civilis auctoritas potest impedire quominus sacrorum Antistites et fideles populi cum Romano Pontifice libere ac mutuo communicent„ Alloc. Maxima quidem 9 jun. 1862.

L. „Laica auctoritas habet per se jus præsentandi episcopos et potest ab illis exigere ut ineant diœcesium procurationem antequam ipsi canonicam a S. Sede constitutionem et apostolicas litteras accipiant„ Alloc. Numquam fore 15 dec. 1856.

LI. „Immo laicum gubernium habet jus deponendi ab episcopalis ministerii episcopos, neque tenetur obedire Romano Pontifici in iis quæ Episcopatus

et episcoporum respiciunt institutionem „ Litt. apost. Multiplices inter 10 jun. 1851. Alloc. Acerbissimum 27 sept. 1852. (176)

LII. „ Jubernium potest sua jura immutare statum ab Ecclesia prescriptam pro religiosa tam Mulierum quam virorum professione, omnibusque religiosis familiis indicere, ut neminem sine suo permissu ad solemnia vota nuncupanda admittant „ Alloc. Numquam fore 15 decembr. 1856.

LIII. „ ~~Jubernium potest jura immutare statum ab Ecclesia prescriptum~~ „ Obligandæ sunt leges quæ ad religiosarum familiarum statum tutandum, earumque jura et officia pertinent; immo potest civile jubernium iis omnibus auxilium prestare, qui a suscepto religiosæ vitæ instituto deficere ac solemnia vota frangere velint; pariterque potest, religiosas easdem familias perinde ac collegiatas Ecclesias et beneficia simplicia etiam juris patronatus penitus extinguere illorumque bona et reditus civilis potestatis administrationi et arbitrio subjicere et vindicare „ Alloc. Acerbissimum 27 sept. 1852. Alloc. Probe memineritis, 22 januar. 1855. Alloc. Cum sæpe, 26 julii. 1855.

LIV. „ Reges et Principes non solum ab Ecclesia eximuntur, verum etiam in quæstionibus jurisdictionis dirimendis superiores sunt Ecclesia „ Litt. apost. Multiplices inter, 10 jun. 1851.

LV. „ Ecclesia a Statu, Status que ab Ecclesia sejungendus est „ Alloc. Acerbissimum, 27 septem. 1852.

§. VII.

Errores ab Ethica naturali et christiana

LVI. „ Morum leges divina haud egent sanctione, minimeque opus est ut humanæ leges ad naturæ jus conformentur aut obligandi vim a Deo accipiant „ Alloc. Maxima quidem 9 jun. 1862.

LVII. „ Philosophicarum rerum morumque scientia, itemque civiles leges possunt et debent a divina et ecclesiastica auctoritate declinare „ Alloc. Maxima quidem 9 jun. 1862.

LVIII. „ Aliæ vires non sunt agnoscendæ nisi illæ quæ in materia positæ sunt, et omnis morum disciplina honestasque collocari debet in cumulandis et augen-

dus quovis modo divitiis ac in voluptatibus quærendis„ Alloc. Maxima quidem 9 jun. 1862. Epist. Encycl. Quanto conficiamur 10 Aug. 1863.

LIX. „ Jus in materiali facto consistit, et omnia hominum officia sunt nomen inane, et omnia humana facta juris vim habent„ Alloc. Maxima quidem. 9 jun. 1862.

LX. „ Auctoritas nihil aliud est nisi numeri et materialium virium summa„ Alloc. Maxima quidem 9 jun. 1862.

LXI. „ Fortunata facti injustitia nullum juris sanctitati detrimentum affert„ Alloc. Jamdudum cernimus, 18 martii 1861.

LXII. „ Proclamandum est et observandum principium quod vocant de non intervente„ Alloc. Novos et ante. 29 Oct. 1860.

LXIII. „ Legitimis principibus obedientiam detrectare, immo et rebellare licet„ Epist. encycl. Qui plurimis. 9 Nov. 1846. Alloc. Quisque vestrum, 4 Octob. 1847. Epist Encycl. Noscitis et nobiscum. 8 Dec. 1849. Litt. apost. Cum catholica, 26 martii 1860.

LXIV. „ Cum cujusque sanctissimi juramenti violatio, tum quælibet scelesta flagitiosaque actio æternæ legi repugnans non solum haut est improbanda, verum etiam omnino licita, summisque laudibus efferenda, quando id pro patriæ amore agatur„ Alloc. Quibus quantisque 20 aprilis 1849.

§. VII.

Errores de matrimonio christiano

LXV. „ Nulla ratione fieri potest, Christum evexisse matrimonium ad dignitatem Sacramenti„ Litt apost. Ad apostolica 22 aug. 1851.

LXVI. „ Matrimonii sacramentum non est nisi quid contractui accessorium ab eoque separabile, ipsumque sacramentum in una tantum nuptiali benedictione situm est„ Litt. apost. Ad apostolica, 22 aug. 1851.

LXVII. „ Jure naturæ matrimonii vinculum non est indissolubile, et in variis casibus divortium proprie dictum auctoritate civili sanciri potest„ Litt apost. Ad apostolica, 22 aug. 1851, Alloc. Acerbissimum, 27 Sept. 1852.

LXVIII. Ecclesia non habet potestatem impedimenta matrimonium dirimentia inducendi, sed ea potestas civili auctoritati competit, a qua impedimenta existentia tollenda sunt. Litt. apost. Multiplices inter 10 jun. 1851.

LXIX. „ Ecclesia sequioribus saeculis dirimentia impedimenta inducere coepit, non jure proprio, sed illo jure usa, quod a civili potestate mutuata erat„ Litt. apost. Ad apostolicae, 22 aug. 1851.

LXX. „ Tridentini canones qui anathematis censura illis infligunt qui facultatem impedimenta dirimentia inducendi Ecclesiae negare audeant, vel non sunt dogmatici vel de hac mutuata facultate intelligendi sunt„ Litt. apost. Ad apostolicae, 22 aug. 1851.

LXXI. „ Tridentini forma sub infirmitatis poena non obligat, ubi lex civilis aliam formam praescribat, et velit hac nova forma interveniente matrimonium valere„ Litt. apost. Ad apostolicae, 22 aug. 1851.

LXXII. „ Bonifacius VIII votum castitatis in ordinatione emissum nuptias nullas reddere primus asseruit„ Litt. apost. Ad apostolicae. 22 aug. 1851.

LXXIII. „ Ei contractus mere civilis potest inter Christianos constare de veris nuptiis matrimonium; falsumque est aut contractum matrimonii inter Christianos semper esse sacramentum, aut nullum esse contractum si sacramentum excludatur„ Litt. apost. Ad apostolicae, 22. aug. 1851. Lettera di S. S. Pio IX al re di Sardegna, 9 Oct. 1852. Alloc. Acerbissimum, 27 Septemb. 1852. Alloc. Multis gravibusque, 17 dec. 1860.

LXXIV. „ Causae matrimoniales et sponsalia suapte natura ad forum civile pertinent„ Litt. apost. Ad apostolicae, 22 aug. 1851. Alloc. Acerbissimum. 27 Oct. 1852.

N. B. Huc facere possunt duo alii errores de dirimentium celibatus abolendo et de statu matrimonii statui virginitatis antefferendo. ~~Confirmantur~~ Confirmantur, prior in Epist. encycl. Qui pluribus 9 nov. 1846, posterior in litt. apost. Multiplices inter 10 jun. 1851.

§ IX.

Errores de civili Romani Pontificis principatu.

LXXV. „ De temporalis regni cum spirituali compatibilitate disputant inter se christiana et catholica Ecclesiæ filii „ Litt. apost. Ad apostolicæ, 22 aug. 1851.

LXXVI. „ Abrogatio civilis imperii, quo Apostolica Sedes potitur, ad Ecclesiæ libertatem felicitatemque vel maxime conduceret „ Alloc. Quibus quantisque, 20 apr. 1849.

N. B. Inter hos errores explicite notatos, alii quam plures implicite reprobantur, propositæ etiam certa doctrina, quam catholici omnes firmissime retinere debent, de civili Romani Pontificis principatu. Ejusmodi doctrina luculenter traditur in Alloc. Quibus quantisque 20 apr. 1849; in Alloc. Si semper antea 20 maii 1850; in Litt. apost. Cum catholica Ecclesia 26 mart. 1860; in Alloc. Maxima quidem 9 jun. 1862.

§ X.

Errores qui ad liberalismum hodiernum referuntur.

LXXVII. „ Ratio hac nostra non amplius expedit religionem catholicam haberi tanquam unicam status religionem, cæteris quibuscumque cultibus exclusis „ Alloc. Nemo vestrum, 26 jul. 1855.

LXXVIII. „ Hinc laudabiliter in quibusdam catholici nominis regionibus lege cautum est, ut hominibus illuc immigrantibus liceat publicum proprii cujusque cultus exercitium habere „ Alloc. Acerbissimum, 27 sept. 1852.

LXXIX. „ Innimo falsum est, civilem cujusque cultus libertatem, itemque plenam potestatem omnibus attributam quaslibet opiniones cogitationesque palam publiceque manifestandi, conducere ad populorum mores animosque facilius corrumpendos ac indifferentismi pestem propagandam „ Alloc. Numquam fore, 15 dec. 1856.

LXXX. „ Romanus Pontifex potest ac debet cum progressu, cum liberalismo et cum recenti civilitate sese reconciliare et componere „ Alloc. Jamdudum cernimus, 18 mart. 1861. A. M. D. G.

Index errorum

In Maxima quidem: I, II, III, IV, V, VI, VI, XV, XIX, XXVII, XXXIX, XLIV, LVI, LVII, LVIII, LIX, LX, § IX NB.

In Quibusdam: IV, V, VI, VII, XVI, § IV NB, XL, LXIII, § VIII NB.

In Singulari quidem: IV, XVI,

In Singulari quadam perfusi: VIII, XVII, § IV NB. XIX,

In Gravissimas: IX, X, XI,

In suas libenter: IX, X, XII, XIII, XIV, XXII, XXXIII

In Opinionem tuam § II NB

In Dolore haud mediocri: § II NB.

In Multiplices inter: XV, XXI, XXIII, XXX, LI, LIV, LXVIII, § VIII NB.

In Ubi primum: XVI.

In Quanto conficiamur: XVII. LVIII

In Noxiis et Noxiarum: XVIII, LXIII

In Quibus quantisque NB § IV. XL, LXIV. LXXVI. § IX NB.

In Quanto conficiamur moerore: § IV, NB.

In Multis gravibusque: XIX. XXXVII, LXXIII,

In Meminit unusquisque: XX

In Apostolico: XXIV, XXV, XXXIV, XXXV, XXXVI, XXXVIII, XLI, XLI, XLII, LXV, LXVI, LXVII, LXIX, LXX LXXI,

In Nunquam fore: XXVI, XXVIII, XXIX, XXXI, XLVI, L, LII, LXXX LXXIX.

In Incredibili: XXVII.

In Acerbissimam XXXI, LI, LIII, LV, LXVII, LXXIII, LXXIV, LXXVIII,

In Singulari Nobiscum: XXXII,

In Jam dudum cernimus: XXXVII, LXI, § IX NB. LXXX.

In, In Consistoriali: XLIII, XLIV, XLV,

In Multis gravibusque? XLIII

In Quibus luctuosissimis: XLV,

In Quamvis sine: XLVII, XLVIII,

In Probe meminerit: LIII,

In Cum sæpe: LIII.

In Novos et ante: LXII. SIX. NB.

In Quisque vestrum: LXIII.

In Cum catholica: LXIII. SIX NB.

In Lettera di S.S. Pio al re di Sardegna: LXXIII

In Si semper antea: SIX NB.

In Nemo vestrum: LXXVII.

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

LXX LXXI, LXXII, LXXIII, LXXIV, LXXV

FACULTAD de TEOLOGIA · GRANADA ·

Ven. Fratribus Patr. Primat. Archiep. et Ep. universis gratiam et communionem
Apost. Sedi habentibus. Pius P. IX.

(82)

Venerabiles Fratres, salutem et Apost. Benedictionem.

Quanta cura .... etc. ----------

Etenim probe nostis, V. Fr., hoc tempore non paucos reperiri, qui civili consortio impium absurdumque naturalismi, uti vocant, principium applicantes, audent docere „ optimam societatis publicae rationem, civilemque progressum omnino requirere, ut humana societas constituatur et gubernetur, nullo habito ad religionem respectu, ac si ea non existerent vel saltem nullo facto veram inter falsasque religiones discrimine „ Atque contra sacram, Ecclesiae sanctorumque Patrum doctrinam, asserere non dubitant „ optimam esse conditionem societatis, in qua Imperio non agnoscitur officium coercendi sanciti poenis violatores catholicae religionis, nisi quatenus pax publica postulet „ Ex qua omnino falsa sociali regiminis idea haud timent erroneam illam fovere opinionem catholicae Ecclesiae animarumque saluti maxime exitialem a rec. mem. Gregorio XVI praedecessore Vestro deliramentum appellatam, nimirum „ libertatem conscientiae et cultuum esse proprium cujusque hominis jus, quod lege proclamari, et asseri debet in omni recte constituta societate, et jus civibus inesse ad omnimodam libertatem nulla vel ecclesiastica, vel civili auctoritate coarctandam, quo suos conceptus quoscumque sive voce sive typis, vel alia ratione palam publiceque manifestare ac declarare valeant „ Dum vero id temere affirmant, haud cogitant et considerant, quod libertatem perditionis praedicant, et quod „ si humanis persuasionibus semper disceptare sit liberum, nunquam deesse poterunt, qui veritati audeant resultare, et de humana sapientia fiducia confidere, cum hac nocentissima vanitate quantum debeat fidei et sapientiae christiana vitare, ex ipsa Domini Nostri Jesu Christi institutione cognoscat „

Et quoniam ubi a civili societate fuit amota religio, ac repudiata divina revelationis doctrina et auctoritate, vel ipsa germana justitia humanique juris notio tenebris obscuratur et amittitur, atque in vera justitia legitimique juris locum materialis substituitur vis, inde liquet cur nonnulli certissimis sanae rationis principiis penitus neglectis persuasissimi audeant proclamare „ voluntatem populi, publica quam dicunt opinione vel alia ratione manifestatam constituere supremam legem ab omni divino humanoque jure solutam, et in ordine politico facta consummata, ex ipso quod consummata sunt, vim juris habere „

Verum eequi non videt planeque sentit, hominum societatem religionis ac vero justitiæ vinculis solutam nullam aliud profecto propositum habere posse, nisi sequum licentiæ cumulandique opes, nullamque aliam in suis actionibus legem sequi, nisi indomitam animi cupiditatem inserviendi propriis voluptatibus et commodis? Ea propter hujusmodi homines acerbo sane odio insectantur Religiosas Familias quamvis de re christiana civili ac litteraria summopere meritas, et blaterant eas dem nullam habere legitimam existendi rationem, atque ita hæreticorum commentis plaudunt. Nam ut Sapientis sime recte memoriæ Pius VI Decessor noster docebat „ regulare vinum abolitis laudit statum publicæ professionis consiliorum Evangelicorum, laudit vivendi rationem in Ecclesiam commendatam tamquam et Apostolicæ doctrinæ consentaneam, laudit ipsos insignes fundatores, quos superstitiosis veneramur, qui nonnisi a Deo inspirati eas constituerunt Societates,

Atque etiam impie pronunciant asseverandum esse civibus et Ecclesiæ facultatem „ qua eleemosynas christianæ caritatis causa palam erogare valeant „ ac de medio tollendam legem „ qua certis aliquibus diebus opera servilia propter Dei cultum prohibentur „ fallacissime prætendentes, commemorata tam facultatem et legem optime publicæ œconomiæ principiis obsistere.

Neque contenti amovere religionem a publica societate, volunt religionem ipsam a privatis etiam familiis. Etenim funestissimum Communismi et Socialismi docentes ac profitentes errorem, asserunt „ societatem domesticam seu familiam totam sua existentia rationem a jure dumtaxat civili mutuari; proindeque ex lege tantum civili dimanare ac pendere jura omnia parentum in filios, cum primis vero jus institutionis, ac educationis curandæ „ Quibus impiis opinionibus machinationibusque in id præcipue intendunt fallacissimi isti homines, ut circa nunquam cessant latrunculi clerum pessimo veluti certissima historiæ monumenta splendide testantur, tot magna in christianam, civilem et litterariam Reipublicæ commoda redundarunt, quibuscumque infandis modis dissipare, et delere, ipsum clerum utpote vero, atque scientiæ et civilitatis progressui inimicum ab omni juventutis instituendæ educandæque cura et officio esse amovendum „

Atque alii instaurantes prava actatis damnata novatorum commenta, insigni impudentia audent, Ecclesiæ et hujus Apostolicæ Sedis supremam auctoritatem a Christo Domino ei tributam civili auctoritatis arbitrio subjicere, et omnia ejusdem Ecclesiæ et Sedis jura denegare circa ea quæ ad exteriorem ordinem pertinent. Namque ipsos minime pudet affirmare „ Ecclesiæ leges non obligare in conscientia nisi cum promulgantur a civili potestate; acta et decreta Romanorum Pontificum ad religionem et Ecclesiam spectantia indigere sanctione et approbatione, vel minimum assensu potestatis civilis; Constitutiones Apostolicas*, quibus damnantur clandestinæ societates, sive in eis exigatur sive non exigatur juramentum de secreto servando, earumque asseclæ et fautores anathemate multentur, nullam habere vim in illis orbis regionibus ubi ejusmodi aggregationes tolerantur a civili gubernio; ejusmodi excommunicationem a Concilio Tridentino et Romanis Pontificibus latam in eos qui jura possessionesque Ecclesiæ invadunt et usurpant, niti confusione ordinis spiritualis ordinisque civilis ac politici ad mundanum illum tantum bonum prosequendum; Ecclesiam nihil detere decernere, quod obtemperare possit fidelium conscientias indordine ad usum rerum temporalium; Ecclesiæ jus non competere violatores legum suarum pœnis temporalibus coercendi; conforme esse sacræ theologiæ juris hujusque publici principiis, bonorum proprietatem, quæ ab Ecclesia, a Familiis religiosis, aliisque locis pias possidentur, civili gubernio asserere et vindicare „

Neque erubescunt palam publiceque profiteri hæreticorum effatum et principium et quo tot perversæ orientur sententiæ, atque errores. Dicitant enim „ ecclesiasticam potestatem non esse jure divino distinctam et independentem a potestate civili, neque ejusmodi distinctionem et independentiam servari posse, quin ab Ecclesia invadantur et usurpentur essentialia jura potestatis civilis „

Atque silentio prætereire non possumus eorum audaciam, qui sanam non sustinentes doctrinam, contendunt „ illis Apostolicæ Sedis judiciis, et decretis quorum objectum ad bonum generale Ecclesiæ, ejusdemque jura, ac disciplinam spectare declaratur, dummodo fidei morumque dogmata non attingat, posse assensum et obedientiam detrectari absque peccato, et absque ulla catholicæ professionis jactura. Quod quidem quantopere ad versetur catholico dogmati plenæ potestatis Romano Pontifici ab ipso Christo Domino divinitus collatæ universalem pascendi, regendi et gubernandi Ecclesiam, nemo est qui non clare apertegue videat et intelligat.

Ea tanta igitur depravatarum opinionum pervicacitate, Nos Apostolici Nostri officii memores etc. .....

Dat. Rom, apud S. Petr. die VIII dec. an. 1864 decimo a dogmatica def. Immac. Conc. decimo nono Pius P.P.IX.

* Clement XII „ In eminenti „ Benedict XIV „ Providas Romanorum „ Pii VII „ Ecclesiam „ Leonis XII „ Quo graviora „ G. M. D. S.

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

851

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

1831

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

1881

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

1891

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA · GRANADA ·

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

1931

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

1980

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

Concilium Florentinum 121 Episcoporum. Sub Eugenio Papa IV an. Dom 1438 y 1439 etc. celebratum. Contra errores Grecorum in presentia Joan. Paleologi Constantinopolitani Imperatoris.

Concilium Florentinum

Sancta Unionis Littera.

Eugenius Episc. servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, Consentiente ad infra scripta, charissimo filio nostro Joanne Paleologo Romeorum Imperatore illustri, et loca tenentibus venerabilium fratrum nostrorum Patriarcharum, et ceteris Orientalem Ecclesiam repræsentantibus. Lætentur Cæli et exultet terra, sublatus est enim de medio paries qui Occidentalem quæ Orientalem dividebat Ecclesiam, et pax atque concordia rediit, illo angulari lapide Christo, qui facit utraque unum, vinculo fortissimo charitatis et pacis, unumque jungente parietem, et perpetuo unitatis fœdere copulante ac continente, postquam longam mœroris nebulam, et dissidii diuturni atram ingratamque caliginem, serenum omnibus unionis optatæ jubar illuxit. Gaudeat et Mater Ecclesia, quæ filios suos hactenus invicem dissidentes, jam videt in unitatem pacemque redisse: et quæ antea in eorum separatione amarissime flebat, ex ipsorum modo mira concordia cum ineffabili gaudio omnipotenti Deo gratias refferat. Cuncti gratulentur fideles ubique per orbem, et qui Christiano censentur nomine, Matri Catho-

lica Ecclesia collaetentur. Ecce enim Occidentalesque Orientalesque gentes, post longissimum dissensionis atque discordiae tempus, se maris ac terrae periculis opponentes, omnibusque superatis laboribus, ad hoc Sacrum Oecumenicum Concilium desiderio sacratissimae unionis et antiquae charitatis reintegrandae gratia, lati alacresque convenerunt et intentione sua nequaquam frustrati sunt. Post longam enim laboriosamque illam et intentionem, tandem S. Sanctae clementia, ipsam optatissimam sanctissimamque unionem consecuti sunt

Quis igitur dignas omnipotenti Dei beneficiis gratias referre sufficiat? Quis autem divinae misericordiae divitias non obstupescat? Cujusve ferreum pectus tanta superno pietatis magnitudo non mollivit? Sunt ista prorsus divina opera, non humanae sagacitatis inventa, atque ideo etiam cum veneratione suscipienda, et divinis laudibus prosequenda. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio Christe fons misericordiarum, qui tantum boni sponsae tuae Catholicae Ecclesiae contulisti, atque in generatione nostra tuae pietatis miracula demonstrasti, ut exclamarent omnes mirabilia tua. Magnum siquidem divinumque manus nobis Deus largitus est, oculisque nostris vidimus, quod ante nos multi, cum valde cupierint, aspicere nequiverunt. Convenistis enim Latini et Graeci in hac sacrosancta oecumenica Synodo, magno studio indicem usi sunt, ut inter alia, etiam articulus ille de divina S. Sancti processione, summa cum diligentia et assidua inquisitione discuteretur. Prolatis vero testimoniis ex Divinis scripturis, plurimisque authoritatibus sanctorum Doctorum Orient. et Occidental. ab iisque quidem ex Patre et Filio, quibusdam vero ex Patre per Filium procedere dicentibus S. Sanctum, et ad eamdem intelligentiam asserentibus omnibus sub diversis vocabulis, Graeci quidem asserverunt, quod id, quod dicunt S. Sanctum

ex Patre procedere, non hac mente proffernt, ut excludant filium, sed quia eis videbantur (ut ajunt) Latinos asserere S. Spiritum a Patre Filioque procedere, tanquam ex duobus principiis et duabus spirationibus, ideo abstinuerunt à dicendo quod S. Spiritus ex Patre procedat et filio. Latini verò affirmaverunt, non se hac mente dicere S. Spiritum ex filioque procedere, ut excludant Patrem, quin sit fons ac principium totius deitatis, filii scilicet et S. Spiritus, aut quod id quod S. Spiritus procedit ex filio, filius à Patre non habeat, sive quod duo ponant principia, seu duas spirationes, sed unum tantum asserant esse principium, unicamque spirationem S. Spiritus, prout hactenus asseverarunt. Et cum ex his omnibus unus et idem elicitur sensus, tandem in infrascriptam Sanctam Dei amabilem eodem sensu eademque mente unionem, unanimiter concordarunt et consenserunt.

FACULTAD DE TEOLOGIA GRANADA

I

II

III

I In nomine igitur Sanctæ Trinitatis, Patris et filii et S.S, hoc sacro universali approbante Florentino Concilio diffinimus, ut hæc fidei veritas ab omnibus Christianis credatur et suscipiatur, sicque omnes profiteantur, quia S.S. ep Patre et filio æternaliter est, et essentiam suam, suumque esse subsistens habet ep Patre simul et filio et ep utroque, æternaliter tamquam ab uno principio et unica spiratione procedit, declarantes quod id, quod sancti Doctores et Patres dicunt, ep Patre per filium procedere S.S. ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur, filium quoque esse secundum græcos quidem causam, secundum latinos vero principium subsistentiæ S. Spiritus sicut et Patrem

Et quoniam omnia, quæ Patris sunt, Pater ipse genito filio suo gignendo dedit præter esse Patrem, hoc ipsum quod S.S. procedit ep filio, ipse filius à patre æternaliter habet, à quo etiam æternaliter genitus est. Diffinimus insuper explicationem verborum illorum Filioque et veritatis declarandæ gratia, et imminente tunc necessitate, licite ac rationabiliter Symbolo fuisse apposita

II Item in azymo sive fermentato pane triticeo, corpus Christi veraciter confici, sacerdotes quem in altero ipsum Domini corpus conficere debere, unumquemque videlicet juxta suæ Ecclesiæ sive Occidentalis sive Orientalis consuetudinem.

III Item, si vere pœnitentes in Dei charitate decesserint antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint et omissis, eorum animas pœnis purgato

viis post mortem purgari, et ut a penis hujusmodi releventur prodesse eis fidelium
vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes et eleemosynas, et alia
pietatis officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt, secundum
Ecclesiae instituta: illorumque animas, qui post baptisma susceptum, nullam om-
nino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quae post contractam peccati ma-
culam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutae corporibus, (prout supericus dictum est)
sunt purgatae, in coelum mox recipi et intueri clare ipsum Deum trinum et
unum, sicuti est, pro meritorum tamen diversitate alium alio perfectius: illo-
rum vero animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox
in infernum descendere, paenis tamen disparibus puniendas.

IV Item, diffinimus sanctam apostolicam sedem et R. Pontif. in universum orbem
tenere primatum, et ipsum Pont. Rom. successorem esse beati Petri principis Apost.
et verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiae caput et omnium christianorum
patrem ac doctorem existere, et ipsi in beato Petro pascendi, regendi, ac gubernan-
di universalem Ecclesiam a D. N. J. C. plenam potestatem traditam esse, quae
quidem etiam in gestis Oecumenicorum Conciliorum, et in sacris Ca-
nonibus continetur.

Renovantes insuper ordinem traditum in Canonibus, caeterorum venerabilium
Patriarcharum, ut Patriarcha Constantinopolitanus secundus sit post
Sanctissimum Romanum pontificem, tertius vero Alexandrinus, quartus au-
tem Antiochenus, et quintus Hierosolymitanus, salvis videlicet privilegiis
omnibus et juribus eorum.

Datum Laterani in sessione publica Synodali, solenniter in Ecclesia majo-
ri celebrata anno Incarn. Dominicae 1439 Prid. Non. Jul. pontificat. nostri an. nono.

Decretum Eugenii IV. Instructio Armeniorum.

Eugenius Episc. servus servor. Dei. ad p. r. m. Exultate Deo adjutori nostro, jubilate Deo Jacob. Ecce etc. ---

Nam et pridem magnam illam Graecorum unionem, multas longe lategue contentium nationes et linguas, hodie vero hanc ipsam Armenici populi, qui per septentrionem et Orientem in magna copia diffusus est, in eodem fidei et charitatis vinculo cum Sede Apostolica stabilivit. ---

tandem expedire judicaverus, ne ulla in futurum de fidei veritate apud ipsos Armenos hesitatio esse valeat, atque ideo per omnia sapiant cum Sede Apostolica, unioque ipsa stabilis et perpetua sine ullo scrupulo persevet, ut sub quodam brevi compendio orthodoxa fidei veritatem, quam super promissis Romana profitetur Ecclesia, per hoc decretum, sacro hoc approbante Florentino Concilio, ipsis oratoribus ad hoc etiam consentientibus, tradidimus.

I In primis ergo damus eis sanctum symbolum, a centum quinquaginta Episc. in oecumen. Constantinop. Conc. editum, cum illa additione, Filioque, ipsi symbolo declarandae veritatis gratia, et urgente necessitate, licite et rationabiliter apposita, cujus talis est tenor: Credo in unum etc. ---

II Secundo tradimus eis diffinitionem quarti univ. Conc. Chalced, in quinto postea et septo universalib. Conc. renovatam de duabus naturis in una Christi persona, cujus tenor talis est.

Sufficeret quidem etc. ---

Sequentes igitur Sanctos Patres, unum eumdemque confiteri Filium Dominum N. J. C, consonanter omnes docemus, eumdem perfectum in deitate, eumdem perfectum in humanitate, Deum vere et hominem vere, eumdem ex anima rationali et corpore, consubstantialem Patri secundum deitatem, et consubstantialem nobis eumdem secundum humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato, ante secula quidem de Patre genitum secundum deitatem, in novissimis autem diebus eumdem propter nos, et

propter salutem nostram ex Maria virgine Dei genitrice secundum humanitatem, unum eumdemque Christum verum Filium Dominum unigenitum in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indivise inseparabiliter agnoscendum, nusquam sublata differentia naturarum propter unitionem, magisque salva proprietate utriusque naturæ, et in unam personam atque subsistentiam concurrente, non in duas personas partitum sive divisum, sed unum eumdem Filium Deum verum Dominum J.C., sicut ante prophetæ de eo, et ipse nos J.C. edocuit, et sanctorum patrum nobis tradidit symbolum.

III. Tertio, diffinitionem de duabus voluntatibus, duabusque Christi operationibus in prædicto septo Concilio promulgatam, cujus tenor talis est: Sufficeret quidem, et reliqua quæ in ejusa diffinitione Conc. Chalcedonens. superius enarrata, sequuntur usque ad finem, post quæ subditur in hunc modum.

Et duas naturales voluntates in eo, et duas naturales operationes indivise inconvertibiliter, inseparabiliter inconfuse, secundum sanctorum patrum doctrinam atque prædicamus etc. - - - -

- - - -

sancta sedis antistitem Leonem, cujus auctoritate ipsa Chalcedonensis synodus optime congregata, susceperunt. ---

injunpimusque fuit ipsum beatissimum Leonem, qui veræ fidei columna fuit, et omni sanctitate et doctrina refertus, tanquam sanctum et catholicæ sanctorum merito descriptam, de cætero reputent et veneranter, atque non solum dictas tres synodos, sed et omnes alias universales auctoritate Rom. Pontificis legitime celebratas sicut et cæteri fideles reverenter suscipiant.

V. Quinto, Ecclesiast. sacramentorum veritatem, pro ipsorum et hmen. tam præsentium quam futurorum facilio ri doctrina, sub hac brevissima redigimus formula: N. L. septem sunt sacramenta, videlicet Baptismus, etc. Quæ multum a sacramentis differunt Ant. Leg. Illa enim non causabant gratiam, sed eam solum per passionem Christi tandem esse figurabant: hæc vero nostra et continent gratiam, et ipsam digne suscipientibus conferunt. Horum quinque prima ad spiritualem unius cujusque hominis in cujus perfectionem: duo ultima ad totius Ecclesiæ regimen multiplicationemque ordinata sunt. Per Baptismum enim spiritualiter renascimur, per confirmationem augemur in gratia, et roboramur in fide, renati autem et roborati, nutrimur divina Eucharistiæ alimonia. Quod si per peccatum ægritudinem incurrimus animæ, per pœnitentiam spiritualiter sanamur, spiritualiter etiam et corporaliter, prout animæ expedit) per Extremam unctionem, per Ordinem vero Ecclesia gubernatur et multiplicatur spiritualiter, per Matrimonium corporaliter augetur. Hæc omnia sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma et persona ministri conferentis sacramentum, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia: quorum si aliquod deest, non perficitur sacramentum. Inter hæc sacramenta, tria sunt, Baptismus, Confirmatio et Ord, quæ characterem, id est, spirituale quoddam signum, a cæteris distinctivum imprimunt animæ indelebile. Unde in eadem persona non reiterantur. Reliqua vero quatuor characterem non imprimunt, et reiterationem admittunt.

Primum omnium sacrament. locum tenet sanctum baptisma, quod vitæ spiritualis janua est:

per ipsum enim membra Christi, re de corpore efficimur Ecclesiæ. Et cum per primum hominem mors introierit in universos, nisi ex aqua et spiritu renascimur non possumus (ut inquit Veritas) in regnum celorum introire. Materia hujus Sacramenti, est aqua vera et naturalis: nec refert, frigida sit an calida. Forma autem est, Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Non tamen negamus, quin et per illa verba: Baptizetur talis servus Christi in nomine Patris etc.: Vel baptizetur manibus meis talis in nomine Patris etc., verum perficiatur baptisma; quoniam cum principalis causa, ex qua baptismus virtutem habet, sit Sancta Trinitas, instrumentalis autem sit minister, qui tradit baptismus sacramentum, si exprimatur actus, qui per ipsum exercetur ministrum, cum sancta Trinitatis invocatione perficitur Sacramentum.

Minister hujus sacramenti est sacerdos, cui ex officio competit baptizare; In causa autem necessitatis non solum sacerdos vel diaconus, sed etiam laicus vel mulier, imo etiam pagan, et hereticus, baptizare potest, dummodo formam servet Ecclesiæ, et facere intendat quod facit Ecclesia. Hujus sacramenti effectus, est remissio omnis culpæ originalis actualis, omnis quoque pœna, quæ pro ipsa culpa debetur. Propterea baptizatis nulla pro peccatis præteritis injungenda est satisfactio; sed morientes antequam culpam aliquam committant, statim ad regnum celorum et dei visionem perveniunt.

Secundum Sacram. est Confirmatio cujus materia est, chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientiæ, et balsamo, qui odorem significat bonæ famæ, per Episcopum benedicto. Forma autem est, Signo te signo crucis et confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris etc.... Ordinarius Minister est Episcopus. Et cum cæteras unctiones simplex sacerdos valeat exhibere, hanc non nisi Episcopus debet conferre: quia de solis Apostolis legitur, quos cum viderent tenere Episcopi, quod per manuum impositionem S. Sanctum dabant, quemadmodum et Actuum Apost. Lectio manifestat. c. 8. „Cum enim audissent, inquit, Apostoli qui erant Hierosolymis, etc.... Locus autem illius manus impositionis da

ter in Ecclesia confirmatio. Legitur tamen aliquando, per Apostolicæ sedis dispensationem ob rationabilem et urgentem admodum causam, simplicem sacerdotem chrismate per Episc. confecto hoc administrasse Confirmationis sacramentum. Effectus autem hujus sacramenti est, quia in eo datur Sanctus ad robur, sicut datus est Apostolis in die Pentecostes, ut videlicet Christianus audacter Christi confiteatur nomen. Idcirco in fronte, ubi verecundia sedes est, confirmandis ungitur, ne Christi nomen confiteri erubescat, et præcipue crucem ejus, qui Judæis est et scandalum, gentibus autem stultitia, secundum Apostolum, propter quod signo crucis signatur.

Festum est Eucharistiæ sacramentum, cujus materia est panis triticeus, et vinum de vite, cui ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet. Aqua autem ideo admiscetur, quoniam ... creditur, ejusdem Dominum in vino aqua permisto hoc significi sacramentum. Deinde, quia hoc convenit dominicæ passionis repræsentationi. Inquit enim beatus Alex. Papa quintus a beato Petro: In sacramentorum etc .... Cum etiam quod convenit ad significandum hujus sacramenti effectum, qui est unio populi Christiani ad Christum. Aqua enim populum significat secundum illud Apoc. „Aquæ multæ populi multi“. Et Julius Papa II post B. Sylvestrum ait: Calix dominicus etc ..... Cum ergo tam sancta Romana Ecclesia à beatis Apost. Petro et Paulo edocta, quam reliquæ omnes Latinorum, Græcorumque Ecclesiæ, in quibus ompis sanctitatis et doctrinæ lumina claruerunt, ab initio nascentis Ecclesiæ servaverint, et modo servent, inconveniens admodum videtur, aut alia quævis regio ab hac universali et rationabili diuturnet observantia. Decernimus, igitur, ut etiam ejusdem Graeciæ cum universo orbe Christiano conformentur, ubicunque sacerdotes in altaris oblatione paululum aquæ, prout dictum est, admisceant vino. Forma hujus Sacramenti sunt verba Salvatoris, quibus hoc conficit sacramentum, Sacerdos enim in persona Christi loquens, hoc conficit sacramentum. Nam ipsorum verborum

substantia panis in corpus Christi, et substantia vini in sanguinem convertantur: ita tamen quod totus Christus continetur sub specie panis, et totus sub specie vini, sub qualibet quoque parte hostia consecrata et vini consecrati, separatione facta totus est Christus. Hujus sacramenti effectus quem in anima operatur origo sacramenti, est adunatio hominis ad Christum. Et quia per gratiam homo Christo incorporatur, et membris ejus unitur: consequens est quod per hoc sacramentum in anima vitales digne gratis augeatur: omnemque effectum quem materialis cibus et potus, quo ad vitam agunt corporalem, sustentando, augendo, reparando et delectando, eundem hoc quoad vitam operatur spiritualem, in quo (ut inquit Urbanus Papa) gratam salutis nostri recensemus memoriam, à malo retrahimur, confortamur in bono, et ad virtutum et gratiarum profectus incrementum.

Quartum Sacrament. est Penitentia, cujus quasi materia sunt actus penitentis, qui in tres distinguuntur partes. Quarum prima est cordis contritio ad quam pertinet ut doleat de peccato commisso cum proposito non peccandi de cætero. Secunda est oris confessio, ad quam pertinet ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter. Tertia est satisfactio pro peccatis secundum arbitrium sacerdotis, quæ quidem præcipue fit per orationem, jejunium et eleemosynam. Forma hujus sacramenti sunt verba absolutionis, quæ sacerdos profert cum dicit: Ego te absolvo etc. Minister hujus sacramenti est sacerdos, habens authoritatem absolvendi vel ordinariam, vel ex commissione superioris. Effectus hujus sacramenti est absolutio à peccatis.

Quintum Sacrament. est Extrema unctio, cujus materia est oleum olivæ per Episcopum benedictum. Hoc sacramentum nisi infirmo de cujus morte timetur, dari non debet: qui in his locis ungendus est, in oculis propter vitia non... VI

in reubus propter delectationem ibidem vigentem. Forma hujus sacrament. est hoc: Per istam unctionem, et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi dominus quidquid peccasti per visum etc. Et similiter in aliis membris. Minister hujus sacramenti est sacerdos. Effectus verò est mentis sanatio, et inquantum animæ expedit, ejus etiam corporis. De hoc sacramento inquit D. Jacobus. c. V. Infirmatur. etc. . . . . .

Septum Sacrament. est Ordinis, cujus materia est illud per cujus traditionem confertur Ordo, sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino, et patenæ cum pane porrectionem, Diaconatus verò per libri evangeliorum datione, Subdiaconatus verò per calicis vacui cum patena vacua superposita traditionem, et similiter de aliis per rerum ad ministeria sua pertinentium assignationem. Forma sacerdotii talis est: Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro vivis et mortuis. In nomine Patris etc. Et sic de aliorum Ordinum formis, prout in Pontificali Romano late continetur. Ordinarius minister hujus sacramenti est Episc. Effectus, augmentum gratiæ ut quis sit idoneus Christi minister.

Septimum est sacrament. Matrimonii, quod est signum conjunctionis Christi et Ecclesiæ, secundum Apost. dicentem: Sacramentum hoc etc. Eph. 5.... Causa efficiens Matrimonii regulariter est mutuus consensus per verba de præsenti expressus. Assignatur autem triplex bonum matrimonii. Primum est proles suscipienda et educanda ad cultum Dei. Secundum est fides, quam unus conjugum alteri servare debet. Tertium, indivisibilitas Matrimonii, propter hoc quod significat indivisibilem conjunctionem Christi et Ecclesiæ. Quamvis autem ex causa fornicationis liceat thori separationem facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas est, cum matrimonii vinculum legitime contracti perpetuum sit.

VII Septem compendiosam illam fidei regulam, per beatissimum Athanasium

editum, ipsis predictis Oratoribus cujus tenor talis est: Quicumque vult salvus etc...

VII Septimo, decretum unionis cum Græcis unionis consummata presidente in hoc sacro Oecum. Florent. Conc. promulgatum, cujus tenor talis est: Eugenius etc. Lætentur cæli etc...

VIII Octavo cum inter alias etiam cum ipsis Armenis disputatum, pluribus diebus pertractatum et finaliter diffinitum, quod Armenorum Oratores nomine suo, et suæ Patriarchæ et omnium Armenorum, salubérrimum synodale decretum cum omnibus suis capitulis, declarationibus, diffinitionibus, traditionibus, præceptis et statutis, omnemque doctrinam in ipsa descriptam, nec non quicquid tenet et docet sancta sedes Apost. Rom. Eccles. cum omni devotione et obedientia acceptant, suscipiunt et amplectuntur. Illos quoque doctores et sanctos Patres, quos Ecclesia Romana approbat, ipsi reverenter suscipiunt, quascumque vero personas et quicquid ipsa Rom. Ecclesia damnat et reprobat, ipsi pro reprobatis et damnatis habent, professi, tanquam vera obedientiæ filii, nomine quo supra, ipsius sedis Apost. ordinationibus et jussionibus fideliter obtemperare. Datum Florentiæ in publica sessione synodali solemniter in Ecclesia majori celebrata, anno dom. millesimo quadrigent. trigesimonono, decimo Cal. Dec. Pontif. nostri anno nono.

A. M. D. G.

Conc. Apost. Generale Hierosolymis habitum pro condendo fidei Symbolo et canonibus regiminis Ecclesiastici, nec non assignandis Regionibus unicuique episcopis, d. Petro Praeside an. Christi 44

Symbolum Apostolorum

Credo in Deum Patrem omnip. Creat. Coli et terrae
Et in J.C. fil. ejus unicum Dom. nostr.
Qui concep. de S.S. natus ex Mar. Virg.
Passus sub Pont. Pilat, crucif., mort. et sepul.
Descend. ad Inf. tertia die resurr. a mort
Asc. ad cel, sedet ad dext. Dei Patr. omnip.
Ind. vent. est jud. viv. et mort.
Cred. in S.S.
Sanctam Ecc. Cath. Sanctor. communionem.
Remiss. peccat.
Carnis resurrec.
Vitam aeternam. Amen.

Canones Apostolorum de bono ordine Ecclesiastico per S. Clementem Romanum in unum congesti.

I. Episcopus à duobus vel tribus Episc. ordinetur.

II Presbyter ab uno Episcopo ordinetur, et diaconus, et reliqui Clerici.

III Si quis Episc. aut Presbyt, praeter ordinationem Domini, alia quaedam in sacrificio offerat super Altare; id est aut mel, aut lac, aut pro vino siceram, aut confecta quaedam, aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina, contra constitutionem Domini faciens, congruo tempore degradetur

IV Offerre non licet aliquid ad Altare praeter novas spicas, et uvas, et oleum ad luminaria, et thymiama, id est, incensum, tempore quo sancta celebratur oblatio.

V. Reliqua poma omnia ad domum primitiae Episcopo et Presbyteris dirigantur, non offerantur in altari. Certum est autem quod Episcopus et Presbyteri dividunt et diaconis, et reliquis Clericis.

VI. Epis., aut Presb. uxorem propriam nequaquam sub obtentu Religionis abjiciat: si vero rejecerit, excommunicetur; sed si perseveraverit, dejiciatur.

VII. Epis., aut Presb., aut diac., nequaquam sæculares curas assumat: sin aliter dejiciatur.

VIII. S.q. Episcopus, aut Presb., aut Diaconus sanctum Pascha diem ante vernale Æquinoctium cum Judæis celebraverit, abjiciatur.

IX. Si quis Epis., aut Presb. aut diacon, vel quilibet ex Sacerdotali catalogo, facta oblatione non communicaverit; aut causam dicat, ut si rationabilis fuerit, veniam consequatur: aut si non dixerit, communione privetur, tanquam qui populo causa læsionis extiterit, damno suspicionem de eo qui sacrificavit, quod recte non obtulerit.

X. Omnes fideles qui ingrediuntur Ecclesiam et Scripturas audiunt, non autem perseverant in oratione, nec sanctam communionem percipiunt, velut inquietudines Ecclesiæ commoventes, convenit communione privari.

XI S.q. cum excommunicato, saltem in domo, simul oraverit, iste communione privetur.

XII S.q. cum damnato Clerico, veluti cum Clerico, simul oraverit, iste damnetur.

XIII. S.q. Clericus aut Laicus a communione suspensus, seu communicans ad aliam properet civitatem, et suscipiatur præter commendatitias litteras: et qui susceperunt, et qui susceptus est, communione priventur. Excommunicato vero protelatur ipsa correctio, tanquam qui mentitus sit, et Ecclesiam Dei seduxerit.

XIV. Episcopo non licere alienam parochiam, propria relicta, pervadere, licet cogatur a pluribus. Visi forte quis cum rationabili causa compellatur, tanquam qui possit ibidem constitutis plus luceri facere, et in causa religionis aliquid profectus prospicere. Et hoc non a semetipso pertentet sed multorum Episcoporum judicio et maxima supplicatione perficiat.

XV. S.q. Presb, aut Diacon, aut quilibet de numero Clericorum, relinquens propriam

XVI.

XVII.

XVIII.

XIX.

XX.

XXI.

XXII.

XXIII.

XXIV.

XXV.

parochiam, pergat ad alienam, et omnino demigrans praeter Episcopi sui conscientiam, in aliena parochia commoretur, hunc ulterius ministrare non patimur, praecipue si vocatus ad Episcopi, redire contempserit, in sua inquietudine perseverans. Veram tamen communionem laïcus ibi communicet

XVI. Episc. vero, aput quem morator esse constiterit, si contra eos decretam cessationem pro nihilo reputans, tanquam Clericos forte susceperit, velut magister inquietudinis, communione privetur.

XVII. Si quis post Baptisma secundis fuerit nuptiis copulatus, aut concubinam habuerit, non potest esse Episcopus, non Presbyter, aut Diaconus, aut prorsus ex numero eorum, qui ministerio sacro deserviunt.

XVIII. S. q. viduam aut ejectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, vel aliquam de iis quae publicis spectaculis manipantur, non potest esse Episc, aut Presb, aut Diac, aut ex eorum numero qui ministerio sacro deserviunt

XIX. Qui duas in conjugium sorores acceperit, vel filiam fratris, Clericus esse non potest.

XX. Clericus fidejussionibus inserviens, abjiciatur.

XXI. Eunuchus, per insidias hominum factus, est, vel si in persecutione ejus sunt amputata virilia, vel si ita natus est, et est dignus, efficiatur Episcopus.

XXII. S. q. abscidit semetipsum, idest si quis amputavit sibi virilia, non fiat Clericus, quia sui ipsius homicida est, et Dei conditionis inimicus.

XXIII. S. q. cum Clericus fuerit, abscederit semetipsum, omnino damnetur, quia suus est homicida.

XXIV. Laïcus semetipsum abscidens, annis tribus communione privetur, quia sua vita insidiator extitit.

XXV. Episc, aut Presb, aut Diac, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus est,

deponatur, non tamen communione privetur. Dicit enim Scriptura: Non vindicabit Dominus bis in idipsum.

XXVI. Similiter et reliqui Clerici huic conditioni subjaceant.

XXVII. Unusquisque autem qui ad Clerum provectus est, præcipimus, ut si voluerint, usque ad Lectores, Cantoresque tantummodo accipiant: sed Lectores, Cantoresque tantummodo.

XXVIII. Episc, aut Presb, aut Diac. percutientem fideles delinquentes, aut fideles iniquè agentes, et per hujusmodi volentes timere, dejiciat ab officio suo præcipimus, quia nusquam nos hoc Dominus docuit. E contrario vero, ipse cum percuteretur non percutiebat: cum malediceretur, non remaledicebat: cum pateretur non comminabatur.

XXIX. S. q. Episc, aut Presb, aut Diaconus depositus, justè super certis criminibus, postea fuerit attrectare ministerium sibi dudum commissum, hic ab Ecclesia penitus abscindatur.

XXX. S. q. Episc, aut Presb, aut Diac, per pecunias hanc obtinuit dignitatem, dejiciatur et ipse, et Ordinator ejus, et a communione modis omnibus abscindatur sicut Simon Magus à Petro.

XXXI. S. q. Episc. secularibus potestatibus usus, Ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur, et segregentur omnes qui illi communicant.

XXXII. S. q. Presb. contemnens Episc. suum, seorsum collegerit; et altare aliud erexerit, nihil habens quo reprehendat Episc. in causa pietatis et justitiæ, deponatur, quasi primatus amator existens; est enim tyrannus: et cæteri Clerici quicumque tali consentiunt, deponantur: Laici vero segregentur. Hoc autem post unam, secundam et tertiam Episc. obsecrationem fieri conveniat.

XXXIII. S. q. Presbyter aut Diac. ab Episc. suo segregetur, hunc non licet ab alio recipi, sed ab ipso qui eum requestravit: nisi forsitan obierit Episc. ipse, qui eum segregasse cognoscitur.

XXXIV. Nullus Episcoporum peregrinorum, aut Presb. aut Diac, sine commendatitiis suscipiatur epist: cum scripta detulerint, discutiantur attentius, et ita suscipiantur, si prædicatores veritatis extiterint. Sin minus, nec quæ sunt necessaria ministrentur eis, et ad communionem nullatenus admittantur, quia plæ subjectionem multa proveniunt.

XXXV. Episcopos gentium singularum scire convenit, qui inter eos primus habeatur, quem velut caput existiment, et nihil amplius præter ejus conscientiam gerant, quam illa sola singuli, quæ parochiis propriis, et illis quæ sub ea sunt, competunt. Sed nec ille præter omnium conscientiam faciat aliquid: sic enim unanimitas erit et glorificabitur Deus per Christum in S. Sancto.

XXXVI. Epis. non audere extra terminos proprios Ordinationes facere in civitatibus et villis, quæ illi nullo jure subjecta sunt. Si verò convictus fuerit hoc fecisse, præter eorum conscientiam, qui civitates et villas detinent, et ipse deponatur, et qui ab illo sunt ordinati.

XXXVII. S. q. Epis. non susceperit officium et curam populi sibi commissam, hic communione privetur, quoadusque consentiat, obedientiam commodans. similiter autem Presb, et Diac, Si verò non pro sua sententia, sed pro malitia populi, ipse quidem maneat Episc, Clerici vero civitatis communione priventur, eò quòd emuli sint, obedientis populi non fuerit.

XXXVIII. Bis in anno Episcoporum Concilia celebrentur, ut inter se invicem dogmata pietatis explorent, et emergentes Ecclesiasticas contentiones amoveant, semel quidem quinta septimana Pentecostes; secundò verò duodecima die mensis Hyperberetæi (id est Octobris.)

XXXIX. Omnium negotiorum Ecclesiasticorum curam Episc. habeat, et ea velut Dei contemplan-

te dispenset: nec ei liceat, ex his aliquid omnino contingere aut parentibus pro-
priis, qui Dei sunt, condonare: quod si pauperes sunt, tanquam pauperibus summi-
nistret, ne eorum occasione Ecclesiæ negotia deprædetur.

XL. Presbyteri et Diac. præter Episc. nihil agere pertentent: nam Domini populus ipsi com-
missus est, et pro animabus eorum redditurus est rationem. Sint autem
manifesta res propriæ Episcopi (si tamen habet proprias) et manifesta dominica, ut
potestatem habeat de propriis, moriens Episcopus, sicut voluerit, et quibus voluerit
derelinquere. Nec sub occasione Ecclesiasticarum rerum, quæ Episcopi esse proban-
tur, intercidant: fortassis enim aut uxorem quam ante ordinationem duxisset habet,
aut filios, aut propinquos, aut servos. Et justum est hoc apud Deum et homines, ut nec
Ecclesia detrimentum patiatur ignoratione rerum Pontificis, nec Episc. vel ejus propinqui,
obtentu Ecclesiæ proscribantur, et in causas incidant qui ad eum pertinent, morsque e-
jus injustis male famæ subjaceat.

XLI. Præcipimus, ut in potestate sua Episc. Ecclesiæ res habeat. Si enim animæ hominum pro-
sæ illi sunt creditæ, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita ut
potestate ejus indigentibus omnia dispensentur per Presb. et Diac, et cum timore om-
nique sollicitudine ministrentur. Ex iis autem, quibus indiget (si tamen indiget)
ad suas necessitates, et ad peregrinorum fratrum usus, ipse percipiat, ut nihil
possit eis omnino deesse. Lex enim Dei præcipit, ut qui altari deserviunt, de altari
pascantur: quia nec miles stipendiis propriis contra hostes arma sustulit.

XLII. Episc, aut Presb, aut Diac, ales atque ebrietati deserviens, aut desinat, aut certe dep-
natur.

XLIII. Subdiac, aut Lect, aut Cantor similia faciens; aut desinat, aut communione priva-
tur; similiter etiam Laïcus.

XLIV. Epis, aut Presb, aut Diac. usuras à debitoribus exigens, aut desinat, aut certè damnetur

XLV. Epis, Presb, aut Diac, qui cum hæreticis orauerit, tantùmmodo communione privetur; si verò tanquam Clericos hortatus eos fuerit agere, vel orare, damnetur.

XLVI. Epis, aut Presb, hæreticorum susceptientem Baptisma, damnari præcipimus. Quæ enim consentio Christi ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infideli? *

XLVII. Epis, aut Presb, si eum, qui secundum veritatem habuerit Baptisma, denuo baptizaverit, aut pollutum ab impiis non baptizaverit, degradetur, tanquam videns crucem et mortem Domini, nec Sacerdotes à falsis Sacerdotibus jure discernens.

XLVIII. Si quis laicus uxorem propriam pellens alteram, vel ab alio dimissam duxerit, communione privetur.

XLIX. S.q. Epis, aut Presb, jussa præceptum Domini non baptizaverit in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, sed in tribus vicibus initiis principiis, aut in tribus Filiis, aut in tribus Paracletis, abjiciatur

L. S.q. Epis, aut Presb, non trinam mersionem unius mysterii celebret, sed semel mergat in Baptismate, quod dari videtur in Domini morte, degradetur. Non enim dixit nobis Dominus, in morte mea baptizate, sed, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

* Forma enim Baptismi eadem non erat. vide C. XLIX.

(119)

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

1201

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

(1122)

Concilium Nicænum I

Sub Silvestro Pontifice, presidentibus ejus legatis Hosio, Victore et Vincentio pro defensione Verbi Divini contra haeresim Arrii, etc. tempore Constantini Magni anno Christi 325

Symbolum Nicæni Concilii

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium factorem. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei, ex Patre natum unigenitum, id est, ex substantia Patris; Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero; natum, non factum; consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, et quæ in cælo et quæ in terra. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est, et homo factus est, passus est, et resurrexit, et ascendit in cælis: et iterum venturus est judicare vivos et mortuos. Et in Spiritum Sanctum. Eos autem qui dicunt: erat aliquando quando non erat, et antequam nasceretur non erat, et quia ex iis quæ non sunt, factus est; aut ex alia substantia vel essentia dicunt esse, vel creatum, vel mutabilem, vel convertibilem Filium Dei, anathematizat Catholica et Apostolica Ecclesia.

Canones (318) decem et octo sanctorum Patrum, qui Nicæa convenerunt, Consulatu Paulini et Juliani virorum clarissimorum, anno ab Alexandro DCXXXVII 13 Kal. Julii, qui est apud Gothos 19 dies mensis Desc8, Junii.

I. e. g. a Medicis propter langorem defectus est, aut a Barbaris abscissus, hic in Clero permaneat.

I. q. autem sepissum sanus abscidit, hunc et in Clerum constitutum abstinere conveniat, et deinceps nullum debere talium promoveri. Sicut autem hoc claret, quod de his qui hanc rem affectant, audentque semetipsos abscindere, dictum sit; sic eos, quos aut Barbari, aut Domini castraverant, si inveniuntur alias dignissimi, talis ad Clerum suscipit regula.

II Quoniam plures aut per necessitatem, aut alias cogentibus hominibus adversus Ecclesiasticam facta sunt regulam, ut homines ex Gentili vita nuper accedentes ad fidem, et instructos brevi tempore, mox ad lavacrum spirituale perducerent, simulque ut baptizati sunt, ad Episc. vel Presbyterium promoverent, optimè placuit, nihil tale de reliquo fieri: nam et tempore opus est ei qui catechizatur, et post Baptismum probatione quamplurima. Manifesta est enim illa post. scripta quæ dicit: „Non neophytum, ne in superbiam elatus, in judicium incidat, et in laqueum Diaboli„. Si vero processu temporis aliquod delictum animo circa personam reperiatur hujusmodi, et a duobus vel tribus testibus arguatur; a Clero talis abstineat. Si quis autem præter hæc fecerit, quasi contra Magnum Conc. se efferens, quæ de Clericatus honore perdit habitus.

III Interdixit per omnes Magna Synodus non Episcopo, non Presb, non Diac, nec alicui omnino qui in Clero est, licere subintroductam habere mulierem: nisi forte aut matrem, aut sororem, aut amitam, vel eas tantum personas, quæ omnem suspicionem effugiunt.

IV Episcopum convenit maxime quidem ab omnibus, qui sunt in Provincia, Episcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter instantem necessitatem, aut propter itineris longitudinem, tribus tamen omnino modis in idipsum convenientibus, et absentibus quoque pari modo decernentibus, et per scripta consentientibus tunc ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum quæ geruntur, per unamquamque Provinciam Metropolitano tribuatur Episcopo.

V. De his qui communione privantur, sive ep Clero, sive a laïcis ordine ab Episcopis per unamquamque Provinciam, sententia regularis obtineat, ut hi qui abjiciuntur

VI

VII.

VIII

ab aliis non recipiantur. Requiratur autem, ne pusillanimitate, aut contentione aut alio quolibet Episcopi vitio videatur a congregatione secludere. Ut hoc ergo decentius ingeniatur, bene placuit, annis singulis per unamquamque Provinciam bis in anno Concilia celebrari, ut communiter omnibus simul Episc. congregatis Provincia, discutiantur hujusmodi quaestiones. Ut si qui suo peccaverint evidenter Episcopo, ejusmodi excommunicati rationabiliter ab omnibus aestimentur, usquequo vel in communi, vel Episcopo placeat humaniorem pro talibus ferre sententiam. Concilia vero celebrantur, unum quidem ante Quadragesimam Paschae, ut omni dissensione sublata, munus offeratur Deo purissimum: secundum vero circa tempus Autumni.

VI. Antiqua consuetudo servetur per Aegyptum, Lybiam, et Pentapolim, ita ut Alexandrinus Episc. horum omnium habeat potestatem, quia et urbis Romae Episcopo parilis mos est.

Similiter autem et apud Antiochiam, et reliquas Provincias, suis privilegia serventur Ecclesiis. Illud autem generaliter clarum est, quòd si quis praeter sententiam Metropolitani fuerit factus Episc, hunc Magna Synodus definivit, Episcopum esse non oportere. Si vero communi omnium decreto rationabili, et secundum Ecclesiast. regulam composito, duo aut tres propter contentiones proprias contradicant, obtineat sententia plurimorum.

VII. Quia consuetudo obtinuit et antiqua traditio, ut Aelia Episc. honoretur, habeat honoris consequentiam, salva Metropoli propria dignitate.

VIII. De his qui se nominant catharos id est mundos, si aliquando venerint ad Ecclesiam Catholicam, placuit Sancto et Magno Concilio, ut impositionem manus accipiant, sic et sic permaneant. Haec autem prae omnibus, his scriptis convenit profiteri, quod Catholica et Apost. Eccl. dogmata suscipiant, et sequantur; id est, et bigamis se communicare et his qui in persecutione prolapsi sunt, ergo quos et spatia constituta sunt, et tempora definita, ita ut Ecclesia Catholica et Apost. pla-

cita sequantur in omnibus. Ubicunque vero sive in vicis, sive in civitatibus, ejusdem reperti fuerint ordinati, qui inveniuntur in Clero, in eodem habitu perseverent. Ubi autem Cath. Eccl. Epis. vel Presbytero constituto, quidam ex illis adveniant, certum est, quod Epis. Ecclesiæ habebit Episcopi dignitatem. Is autem qui nominatur apud eos Epis. honorem Presbyterii possidebit: nisi forte placuerit Episcopo, nomini eum honore censeri. Si vero hoc eis minime placuerit, providebit is aut Chorepiscopatus, aut Presbyterii locum, ubi in Clero promotus esse videatur: ne una civitate duo Episcopi prodenter existere.

IX. Si q. Presbyteri sine examine sunt promoti, vel cum discuterentur, peccata sua confessi sunt, et homines contra Canones promoti, manus confessis imponere tentaverunt, talis regula non admittit, quia quod irreprehensibile est Catholica defendit Ecclesia.

X. Quicunque de lapsis ad Ordinem Clerici promoti sunt per ignorantiam, vel per ordinantium dissimulationem, hoc Ecclesiastica non præjudicat regulæ. Cogniti namque deponantur.

XI. De his qui præter necessitatem prævaricati sunt, aut præter ablationem facultatum aut præter periculum, vel aliquid hujusmodi (quod factum est sub tyrannide Licinii) placuit Synodo, quamvis humanitate prohibente indigni, tamen eis benevolentiam commodari. Quicunque ergo veraciter pœnitudinem gerunt, tribus annis fideles inter audientes habeantur; et sex annis omni a oratione dejiciant; duobus autem annis sine oblatione populo in oratione communicent.

XII Quicunque vocati per gratiam, primum quidem impetum monstraverunt, deponentes militiæ cingulum, postmodum vero ad proprium vomitum sunt relapsi, ita ut quidam et pecunias tribuerent, et beneficiis militiam repetierent, hi decem annis, post triennii tempus quo inter audientes erunt, in afflictione permaneant.

XIII.

XIV.

XV.

XVI.

Sed in his omnibus propositum et spiem penitentiæ convenit explorare. Quotque enim meta, et lachrymis, atque patientia de bonis operibus, rebus ipsis conversionem suam non sine satisfactione demonstrant; hi definitum tempus auditionis implentes, tum demum fidelibus in oratione communicent: post modum vero licebit Episcopo de his aliquid humanius cogitare. Quicunque vero indifferenter tulerunt et aditum introëundæ Ecclesiæ, sibi arbitrati sunt ad conversionem posse sufficere, hi definitum modis omnibus tempus implebunt.

XIII. De his qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua vetusque servabitur, ita ut si quis egreditur de corpore, ultimo et necessario Viatico minimè priveter. Quod si desperatus, et consecutus communionem, oblationisque particeps factus, iterum convaluerit; sit inter eos qui communionem orationis tantummodo consequuntur. Generaliter autem omni cuilibet in exitu positio, et petenti sibi, communionis gratiam tribui, Episcopus probabiliter ex oblatione debebit.

XIV. De Catechumenis lapsis, sancto et magno Conc. placuit, ut tribus annis sint inter audientes tantummodo: post hæc autem cum Catechumenis orent.

XV. Propter multam perturbationem, et seditiones quæ fiunt, placuit consuetudinem omnimodis amputari, quæ præter regulam in quibusdam partibus videtur admissa, ita ut de civitate ad civitatem, non Episc, non Presb, non Diaconus transferatur. Si q, autem post diffinitionem sancti et magni Concilii tale quid agere tentaverit, et se hujusmodi negotio manci paverit; hoc factum prorsus irritum habeatur, et restituatur Ecclesiæ, cujus fuit Episc, aut Presb, vel Diaconus ordinatus.

XVI. Quicunque temerè aut periculosè, neque timorem Dei præ oculis habentes, nec agnoscentes Ecclesiasticam regulam, discedunt ab Ecclesia Presbyteri, aut Diaconi, vel quicunque sub regula prorsus exstitunt, hi neguaquam debent in aliam Ecclesiam recipi;

sed omnem necessitatem convenit illis injoni, ut ad suas Parœcias reverentur. Quod si non fecerint, oportet eos communione privari. S.g. autem ad aliam pertinentem audacter indebere, et in sua Ecclesia ordinare tentaverit, non consentiente Episcopo, a quo discessit is qui regulæ manciparetur; ordinatio hujus modi irrita comprobetur.

XVII Quoniam multi sub regula constituti, avaritiam et turpis lucra sectantur, oblitique divinæ Scripturæ dicentis: Qui pecuniam suam non dedit ad usuram; munera non accipiet, centesimas exigunt; juste censuit sancta et magna Synodus, ut si quis inde tus fuerit post hanc definitionem usuras accipiens, aut eo ad inventione aliqua, vel quolibet modo negotium transigens, aut hemiola, id est, sesquipla exigens, vel aliquid tale prorsus exercitans turpis lucri gratia; dejiciatur a Clero, et alienus existat a regula.

XVIII. Pervenit ad sanctam magnamque Synodum, quod in quibusdam locis et civitatibus, Presbyteris gratiam sacræ communionis Diaconi porrigant; quod nec regula nec consuetudo tradidit, ut ab his, qui potestatem non habent offerendi, illi qui offerunt, Christi Corpus accipiant. Hoc non et illud innotuit, quod quidam Diaconi ante Episcopos sacra oblata contingant. Hæc igitur omnia resecentur, et in sua Diaconi mensura permaneant, scientes, quod Episcoporum quidem ministri sunt, inferiores autem Presbyteris habentur. Per ordinem ergo post Presb. gratiam sacræ communionis accipiant, aut Episcopo eis, aut Presbytero porrigente. Sed nec sedere in medio Presbyterorum Diaconi liceat. Quod si hoc fiat, præter regulam et ordinem probatur existere. S.g. autem etiam post has definitiones obedire noluerit, a ministerio cessare debebit.

XIX. De Paulianistis ad Eccl. Cathol. confugientibus definitio prolata est, ut baptizentur omnimodis. S.g. autem de his qui retento tempore fuerint in Clero,

eiqaidem immaculati et irreprehensibiles apparuerint, baptizati ordinentur ab Episcopo Ecclesiæ Catholicæ. Quod si discussis indignos eos invenerit, abjici tales oportet. Similiter autem et de Diaconissis, et omnino de his qui sub regula versantur, hac forma servabitur. Meminimus autem de Diaconissis, quæ in eodem habitu esse prohibentur, quod non habeant manus impositionem, et deinceps omnibus eas inter laïcas deputari.

XX. Quoniam sunt quidam in die Dominico ~~et in die~~ genua flectentes, et in diebus Pentecostes, ut omnia in universis locis consonanter observentur, pla cuit sancto Conc. stantes domino vota persolvere.

A. M. D. G.

Nota quædam

Concilii Œcumenici Nicæni I

I Causa illius triplex fuit 1°. Hæresis Arii negantem divinitatem Verbi 2°. controversia de die celebrandi Paschatis cum Quarto decimanis 3°. Schisma Melitii Lycopolitani in Ægypto Episcopi. Convocavit Patres Constantinus Magnus Imp. consensu et auctoritate Sylvestri Summi Pontif. ut ex Ruf. l. 1 hist. c. 1. et Conc. gen. 6. Act 18 colligitur. Convenerunt 318 Episcopi omnes Orient. excepto uno Libyæ altero Galliæ, tertio Africæ. Præsederunt Sylvestri nomine Osius Cordub. Episc. Vitus et Vincentius Presb. Romani, ut suscriptiones probant. Celebratum est Nicææ in Bythinia, in Palatio Imp. a. 325. Initium 19 Jun. finis. 25 Aug.

II Antequam Constantinus adveniret, celebratum est cum sophistis gentilibus, qui in certamine S. Spiridon simplici interrogatione arguatum Philosophum compescuit. Ubi Imp. tertia Julii appulit, disputatio inter Arium et Athanasium tum Diaconum 20 ann. cœpit. Hanc excepit altera inter Euseb. Nicomediensem priorem, et Marcellum Ancyranum posteriorem defensores. Sublata Eusebii Cæsariensis formula a Patribus rejicitur, altera unius homousios voce auctore Osio substituta.

qua symboli Nicæni nomen deinceps obtinuit. Hanc subjuncta fuit condemnatio

Arii, et librí ab eo Thalia inscripti. Damnationi suscripserunt omnes, primam tergiversantibus II, duobus exceptis qui cum Ario multati sunt exilio. Dum reluctantibus pœnitentiæ locus datur

II Pascha festo statuitur die dominica proxima sequens plenilunium, post æquinoctium ver-

num primo occurrens III Meletio, relicto suæ in urbe officii et dignitatis titulo, jurisdictio adimitur:

addentur tandem pro diœcesi Eccl. Canones, ex communionis sententia XX: scripta denique epistola

synodica et datis litteris Imperialibus ad absentes, conventus solvitur.

FACULTAD de TEOLOGIA · GRANADA ·

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

(131)

FACULTAD de TEOLOGIA
IHS
GRANADA

(1321

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

(1533)

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

1334

Appendix Conc. Nicani seu Conc. Sardicense in Thracia sub Julio Pont. praesidentibus
ejus Legat. Osio Episc. cum Archidamo et Philopeno Praesb. contra Arianos tempore Constan-
tii et Constantis Imperatorum anno Christi 347

Epist. Synodi Sardicensis

S. Synodus per dei gratiam Sardica congregata, ab urbe Roma, Italia, Dalmatia, Gallia etc. . . . . .
dilectis fratribus in domino salutem.
Multa quidem et frequenter acciderunt haeretici adversus servos dei, qui rectam fidem eos
docuerunt. . . . . Arianorum acta evacuata
. . . . . fugam ipsorum ex Sardica
. . . . . accusationes falsae contra catholicos.
. . . . . .

Abdicamus porro ab Ecclesia catholica et exterminamus eos, qui affirmant Christum esse deum
sed verum deum non esse: genitum esse primum et ingenitum etc. . . . . Nos autem hanc percepimus
et didicimus, et hanc habemus catholicam traditionem, et fidem atque confessionem, unam esse
hypostasim (essentiam) quam ipsi haeretici usiam vocant, Patris et Filii et Sancti. Et si quo
modo quae sit Filii hypostasis, profitemur eam esse, quam et Patris solam esse confessos est.
Negue unquam Patrem sine Filio, negue Filium sine Patre fuisse, nec esse pone quod
est Verbum sine Spiritu. Abhorrentes namque est dicere aliquando Patrem non fuisse
Patrem: et Patrem sine Filio, negue nominari, negue esse pone ejus Filius testatur, „
Ego in Patre, et Pater in me, etc, ego et Pater unum sumus„ Nullus nostrum negat geni-
tum, sed genitum a rite omnia quae visibilia et invisibilia manu operantur, factorem et
opificem Archangelorum et Angelorum et mundi, et humani generis, quoniam ita dicit

„Omnium artifex sapientia docuit me, etc. Sap. 7, Omnia per ipsum facta sunt, Ioan. 1. Filium semper esse non potest si sumpsit exordium: jam quod semper est Verbum finitum non habet. Deus autem nunquam terminum admittit. Non dicimus Patrem Filium esse, nec rursus Filium Patrem esse? Sed Pater, Pater est, et Filius Patris est Filius. Confitemur virtutem Patris esse Filium. Confitemur Verbum dei Patris esse, praeter quod aliud non est: et Verbum verum Deum et sapientiam et Virtutem, verumque Filium affirmamus. Sed non si- cut ceteri Filii appellantur, ita Filium dicimus; quia illi aut per hunc regenerationis gratia Dei sunt, aut eo quod digni fuint filii nominantur, non autem ob unam substantiam quod est Patris et Filii. Confitemur item et unigenitum et primogenitum: sed unigenitum Verbum quod semper fuit et est tanquam Patris: primogenitum autem propter naturam humanam. Differt tamen a communi creatura, quia est etiam primogenitus ex mortuis. Confitemur Deum esse: confitemur unam Patris et Filii divinitatem. Nec quisquam negat Patrem Filii majorem, non propter aliam hypostasim, vel propter differentiam, sed quia ipsum nomen Patris majus est quam Filii. Haec autem illorum est impia et vitiosa intelligentia quae dictum ab eo intendunt, Ego et Pater unum sumus, propter consensum et concordiam. Sed istiusmodi sententiam Catholici omnes improbavimus. Quia sicut mortales homines solent, cum ali- quando inter se dissenserint, inimicis animis dissidere, ac postea reconciliari: sic dissidium ac dissensionem inter Patrem Deum Omnipotentem et Filium cuiquam esse posse dicunt, quod vel suspicari aut cuiquam fingere est absurdissimum. Nos vero credimus, et confitemur, et intelligimus divinam hanc vocem „Ego et Pater unum sumus„ de unitate substantiae, quae in Patre et Filio una est, capiendam esse. Credimus etiam hunc semper ac sine initio et sine fine regnare cum Patre, cujus nec tempus habere quo definiatur, nec un- quam desinere: quia quod semper est, nec unquam coepit esse, nec desinere potest. Cre- dimus et mente complectimur Paracletum Spiritum Sanctum, quem nobis ipse Domi-

nus et promisit et misit, et hunc credimus missum. Sed Ds passus non est, sed homo, quem induit, quem assumpsit de Maria Virgine, hominem qui pati posset, quia homo mortalis, Deus vero immortalis. Credimus tertia die resurrexisse; resuscepit autem non Deus in homine, sed homo in Deo, quem et patri suo donum obtulit, quemque a peccato et interitu liberavit. Credimus etiam opportuno ac definito tempore omnes et de omnibus judicaturum. Sanctos quidem esse eorum stultitia, et tam densis tenebris eorum mens obsecata, ut lucem veritatis cernere nequeant. Non intelligunt quod dictum sit, ut et ipsi in nobis unum sint. Talis enim est caritas unum; quia videlicet Spiritum Sanctum Dei Spiritum acceperunt, et tamen ipsi Spiritus non erant, nec ullus eorum aut verbum, aut sapientia, aut virtus vel unigenitus erat. Sicut ego, inquit, et tu unum sumus, sic et ipsi in nobis unum sint. Sed et accurate hoc divina distinxit, in nobis, inquit, unum sint. Non dixit, sicut nos unum sumus, ego et pater: sed ut discipuli in semetipsis conjuncti et copulati unum sint fide et confessione, in gratia item et pietate Dei Patris, et Domini ac Servatoris nostri concessione et caritate unum esse possint.

Canones Concilii Sardicensis

I. Osius Episc. dixit: Non minus mala consuetudo, quam pernicies a corruptela fundituus eradicanda est, nec cui liceat Episcopo de una civitate ad aliam ultro transire civitatem. Manifesta ex hac causa, quia hoc facere tentant, cum nullas in hac re inducias sit Episc. qui de majori civitate ad minorem transiret. Unde appareat, avaritiae ardore eos inflammari, et ambitioni servire, et non dominationem agant. Si omnibus placet, hujusmodi pernicie, severius et austerius vindicetur, ut nec laicam communionem habeat, qui talis est

Respondent universi: Placet.

II Vrsius Epis. dixit: Etiam si talis aliquis exstiterit temerarius, ut fortassis talem depositionem assereno, asseveret, quod à populis litteras acceperit: cum manifestum sit, potuisse plures præmis et mercede corrumpi, eos qui sinceram fidem non habent, ut declamarent in Ecclesia, et ipsum petere viderentur Episcopum. Omnino hos fraudes damnandas esse arbitror: ita ut nec laïcam sinè communionem talis accipiat. Si verò omnibus placet, statuite. Synodus respondit: Placet.

III D. Ep. dix: Illud quoque necessariò adjiciendum est, ut Episcopi de sua Provincia ad aliam Provinciam, in qua non sunt Episcopi, non transeant, nisi fortè à fratribus suis invitati, ne videamur januam claudere charitatis. Quod si in aliqua Prov. aliquis Episc. contra fratrem suum Episc. litem habuerit, unus de duobus ex alia Provincia advocet Episcopum cognitorem. Quod si aliquis Episc. judicatus fuerit in alia causa, et putat se bonam causam habere, ut iterùm bona renovetur, si vobis placet, Sancti Petri Apostoli, memoriam honoremus, ut scribant ad his qui causam examinarunt, Judicis Romani Episcopo; et si judicaverit renovandam esse Judicium, renovetur, et det judices. Si autem probaverit talem causam esse, ut non rescindenda sint ea quæ acta sunt, quæ decreverit, confirmata erunt. Si hoc omnibus placet? Synodus respondit: Placet.

IV. Faventius Epis. dix: Addendum, si placet, huic sententiæ quam plenam sanctitate protulisti, ut cum aliquis Epis. depositus fuerit coram Episcoporum judicio, qui in vicinis locis commorantur, et proclamaverit agendum sibi negotium in urbe Roma, alter Epis. in ejus cathedra, post appellationem ejus qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in judicio Episcopi Romani determinata.

V. Vrsius Epis. dix: Si contigerit in una Provincia, in qua plurimi fuerint Episcopi, unum forte remanere Episcopum, ille verò per negligentiam noluerit ordinare Episcopum, et propu-

li convenerint; Episcopi vicinæ Provinciæ debent illam primis convenire Episcopum qui in ea Provincia mortuus, et ordinare quod populi petant sibi electorem. Et hoc justum esse, et ipse venait, et cum ipso ordinent Episcopum. Quod si convocantis litteris tacuerit et dissimulaverit, nihilque respexerit, satisfaciendum esse populis, et veniant ex vicina Provincia Episcopi, et ordinent Episcopum.

VI. Licentia vero danda non est ordinandi Episcopum aut in vico aliquo, aut in modica civitate, cui sufficiat unus Presbyter: quia non necesse ibi Episc. fieri, ne vilescat nomen Episcopi et auctoritas. Non debent illi ex alia Provincia invitati facere Episc, nisi aut in his civitatibus, quæ Episcopos habuerunt, aut si qua talis, aut tam populosa est civitas, quæ mereatur habere Episcopum, si hoc omnibus placet. Synodus respondit: placet.

VII. Os. Ep. dix: Placuit autem, ut si Episc. accusatus fuerit, et judicaverint congregati Episcopi regionis ejusdem, et de gradu suo eum dejecerint, si appellaverit qui dejectus est, et confugerit ad Episcopum Romanæ Ecclesiæ, et voluerit se audiri, si justum putaverit ut renovetur judicium vel discussionis examen, scribere his Episcopis dignetur, qui in finitimis et propinquæ Provinciæ sunt, ut ipsi diligenter omnino requirant, et juxta fidem veritatis definiant. Quod si is qui rogat causam suam iterum audiri, de precatione sua moverit Episcopum Romanum, ut e latere suo Presbyterum mittat, erit in potestate Episcopi, quid velit, et quid æstimet. Et si direxerit mittendos esse, qui præsentes cum Episcopis judicent, habentes ejus auctoritatem a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si vero crediderit Episcopos sufficere, ut negotio terminum imponant, faciet, quod sapientissimo consilio suo judicaverit.

VIII. Os. Ep. dix: Importunitates, et nimia frequentia ut injusta petitiones fecerunt, non tantum habere vel gratiam, vel judicium, dum quidam non verentur ad

comitatum vir Episcopi, et maxime illi qui (sicuti cognovimus) sanctissimi fratres et Coëpiscopi nostri Gratis salutaria consilia spernunt atque contemnunt, ut non solum ad comitatum multas et diversas rebellio non profuturas perferant causas, ne que sit pleni rotet aut oporteat, ut aut pauperibus aut viduis, aut pupillis subveniatur: sed et dignitates seculares et administrationes quibus dum postulant. Hæc itaque pravitas olim non solum murmurationes, sed et scandala excitavit. Honestum est autem, ut Episcopi intercessionem his præstent, qui iniquè vi opprimuntur, aut si vidua affligatur, aut pupillus expolietur: si tamen isthæc nomina justam habeant causam aut petitionem. Si vobis ergo, fratres charissimi, placet, decernite, ne Episcopi ad Comitatum accedant, nisi forte hi, qui religiosi Imperatoris litteris vel invitati, vel evocati fuerint. Sed quoniam sæpe contingit, ut ad misericordiam Ecclesiæ confugiant, qui injuriam patiuntur, aut qui peccantes in pupillo vel insulis damnantur, aut certè quamcunque sententiam suscipiunt, subveniendum est his, et sine dubitatione petenda indulgentia. Hoc ergo decernite, si vobis placet. Universi dixerunt: Placet et constituatur.

IX. Os. Ep. dix: Hoc quoque providentiæ vestræ tractare debet, quia decrevistis, ne Episcoporum impulsibus nitatur, ut ad comitatum pergant. Quicunque ergo (quales superiùs memoravimus) preces habuerint, vel acceperint, per Diaconum suum mittant: quia persona ministerii incolumis a non est, et quod impetraverit alterius potest offerre. Et hoc consequens esse videtur, ut de qualibet Provincia Episcopi ad eum fratrem et Coëpiscopum nostrum preces mittant, qui in Metropoli consistit, ut ille et Diaconum ejus, et suppliciones destinet, tribuens commendatitias Epistolas, pari ratione ad fratres et Coëpiscopos nostros, qui in illo tempore in his regionibus et urbibus morantur, in quibus felix et beatus Augustus rempublicam gubernat. Si verò habeat Episcopus amicos in Palatio, qui capit aliquid (quod tamen honestum est) impetrare non prohibetur per Diaconum suum rogare ac significare his, quos scit benignam intercessionem sibi adesse præstare.

X. Si vobis Romam venientibus, sicut dictum est, sanctissimo fratri et Coepiscopo nostro Romano de clericis causis, quas habent, tradant, ut et ipse prius examinet, si honeste et juste sunt, et pro tot diligentiam atque sollicitudinem, ut ad Comitatum perferantur. Universi dixerunt, placere sibi, et honestum esse consilium.

Agapius Episcop. dix: si propter pupillos, et viduas, vel laborantes, qui causas non iniquas habent, susceperint peregrinationis incommoda, habebunt aliquid retributionis. Nunc vero cum ea postulent præcipuè, quæ sine invidia hominum, et sine reprehensione esse non possunt, non necesse est, eos ire ad Comitatum.

XI. Gaudentius Episc. dix: Ea quæ salubriter pronunciatis, convenientia et æstimatione omnium, et Deo placitura et hominibus, tenere hanc firmitatem possunt, si metus hujus sententiæ conjungatur. Scimus enim et ipsi, scipsissime propter paucorum impudentiam religiosum de sacerdotale nomen fuisse reprehensum. Si igitur aliquis contra omnium sententiam minus, voluerit ambitioni magis placere quam Deo, is deleat scire, causis redditis, honorem, dignitatemque se amissurum. Quod ita demum complere poterit. Si cuncta quisque Hostium, quem Canali constitutus est, cum progredientem Episcopum viderit, inquirat transitum ejus, causas videat, quo tendat agnoscat: et siquidem eum invenerit ire ad Comitatum, requirat et illud quod superius comprehensum est, ne forte invitatus sit, ut ei facultas eundi permittatur. Si vero fuit superius memoravit sanctitas vestra propter avaritiæ et ambitionis ad Comitatum pergat, nequid in litteris ejus scribatur, neque in communionem recipiatur. Si vobis placet, omnium sententia confirmari debet. Universi dixerunt, hoc honestum esse, et placere sibi hanc constitutionem.

XII. Os. Ga. dix: Sed et moderatio necessaria est, dilectissimi fratres, ne aduc aliqui nescientes quid decretum sit in Synodo, subito veniant ad civitates eas quæ in Canali sunt. Debet ergo Episc civitatis admonere eum, et instituere, ut ex illo loco Diaconum suum mittat. Admonitus ejus tamen ~~in Parochiam~~ redeat in Parochiam suam.

XIII. Os. Epis. dix: Et hoc necessarium arbitror, ut diligentissime tractetis, si forte aut diues, aut scholasticus de foro, aut ex administratione Epis. fuerit postulatus, ut non prius ordinetur, nisi ante et Lectoris munere, et officio Diaconi, aut Presbyteri fuerit perfunctus; et ita per singulos gradus si dignus fuerit, ascendat ad culmen Episcopatus. Potest enim per has promotiones, quæ habebunt antiquæ probiquem tempus, probari, qua fide sit, quave modestia, qua gravitate et verecundia: et si dignus fuerit probatus, divino largiente illustretur. Quia consentiens non est, nec ratio vel disciplina patitur, ut temere et celeriter ordinetur aut Ep, aut Presb, aut Diacon, qui neophytus est, maxime cum et Magister gentium beatus Apost, nec hoc fieret, denuntiat, et prohibuisse videatur: sed hi, quorum per longum tempus examinata sit vita, et merita fuerint comprobata. Universi dix, placere sibi hoc.

XIV. Os. Ep. dix: Et hoc quoque statuere debetis, ut Epis, si ex alia civitate cum venerit ad aliam civitatem, vel ex Provincia sua ad aliam Provinciam, et ambitioni magis quam devotioni seruiens, voluerit in aliena civitate multo tempore residere, forte enim evenit, Epis. si non esse tam instructum, neque tam doctum, si vero qui advenit, incipiat contemnere eum, et frequenter facere sermonem, ut dehonestet et deformet illius personam, ita ut ex hac occasione non dubitet relinquere assignatam sibi Ecclesiam, et transeat ad aliam. Definito ergo tempus, quia et non recipi Episcopum inhumanum est, et si diutius resideat, pernitiosum est. Ideo ergo, ne fiat, providendum est. Meminisse autem, superiores nostros constituisse, ut si quis laicus in ea, in qua commoratur civitate tres septimanas, non celebrasset conventum, communione privaretur. Si ergo hoc circa laicos constitutum sunt, multo magis Episcopo nec licet, nec decet, si nulla sit tam gravis necessitas quæ detineat ut amplius a suprascripto tempore absens sit ab Ecclesia sua? Universi dix, sibi placere.

XV. Os. Ep. dix: Quia nihil grave alteri mitti oportet: sunt quidam fratres, et Coepiscopi nostri,

qui non eam civitatem possident, in qua videntur Episcopi esse constituti, vel certe quod pauca illic habeant, alibi autem domos prædia habere cognoscantur, vel affectionem propinquorum, quibus indulgeant, hactenus permitti eis oportet, ut accedant ad possessiones suas, et disponant vel ordinent fructum laboris sui, ut post tres dominicos, id est, post tres hebdomadas, si mora necessaria est, in suis potius fundis moventur. Aut si est propinqua civitas, in qua est Presb, ne sine Ecclesia videatur facere diem dominicum, illuc accedat, ut negotia sua ejus domestica per absentiam ejus detrimentum non patiantur, et non frequenter veniendo ad civitatem, in qua Episc. moratur, suspitionem jactantiæ et ambitionis vitare det. Universi dixerunt, placere sibi

XVI. Ds. Ep. dix: Hoc quoque omnibus placeat, ut sive Diac, sive Presb, si de quo Clericorum ab Episcopo suo communione fuerit privatus, et ad alterum pervenerit Episcopum, et voluerit ille ad quem confugit, cum ab Episc. suo fuisse abjectum, non oportet ut ei communionem indulgeat. Quod si fecerit, sciat se, convocatis Episcopis, causas esse dicturum. Univ. dix: Hoc statutum et pacem servabit, et concordiam custodiet.

XVII. Ds. Ep. dix: Quod me adhuc movet, reticere non debeo. Si Ep. quis forte divitiis cupiditatis non debet, cito et aspere commoveatur adversus Presb. sive Diac. suum, et exterminare eum de Ecclesia voluerit, providendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habeat potestatem is, qui abjectus est, ut Episcopos finitimos interpellet, et causa ejus audiatur, ac diligentius tractetur, quia non oportet ei negare audientiam roganti. Et ille Episc, qui aut juste aut injuste eum abjecit, patienter accipiat, ut negotium discutiatur, ut vel probetur sententia ejus à plurimis, vel emendetur. Tamen priusquam omnia diligenter et fideliter examinentur, cum qui fuerit a communione separatus, ante cognitionem nullus alius debet præsumere, ut eum communioni societ. Si vero, qui convenient ad audiendum, si viderint Clericum esse fastidium et superbiam, quia jam non decet

ut Epis. injurias vel contumelias patiatur, severioribus verbis eos castigent, ut obediant honesta præcipienti Episcopo: quia sicut illi Clericis sine causa exhibere debet amorem charitatis, ita quoque vicissim ministrii infucata debent Episcopo suo ephi bere obsequia.

XVIII. Januarius Epis. dix: Illud quoque statuat charitas vestra, ut nullo Episcopo liceat alterius Episcopi civitatis ministrium Ecclesiasticum sollicitare, et in suis parochiis ordinare. Universi dix: Placet, quia ex his contentionibus solet nasci discordia, et ideo prohibet omnium sententia, ne quis hoc facere audeat

XIX. Os. Ep. dix: Et hoc universi constituimus, ut quicunque ex alia parrochia voluerit alienum ministrum sine consensu Episcopi ejus, et sine voluntate ordinare, non sit rata ordinatio ejus. Quicunque autem hoc usurpaverit, a fratribus et Coëpis. nostris et admoneri debet et corrigi.

XX. Rufus Ep. dix: Non ignoratis, quanta et qualis sit Thessalonicensium civitas. Sæpe ad eam veniunt ex aliis regionibus Presb. et diaconi, et non sunt contenti brevi tempore morari. Sed aut residentibi, aut certe dix post longa spatia ad sua redire coguntur. Univ. dix: Ea tempora, quæ constituta sunt circa Episcopos, et circa has personas, observari debent.

XXI. Os. Ep. dix: Suggerente fratre et Coëpis. nostro Olympio, etiam hoc placuit, ut si aliquis vim patiens est, et iniquè expulsus pro disciplina et Catholica confessione, vel pro defensione veritatis effugiens pericula, innocens et devotus ad ecclesiam voluerit civitatem, non prohibeatur immorari, quamdiu aut redire potuit, aut injuriæ ejus clementiam acceperit: quia durum est, cum qui persecutionem patitur non recipi. Etiam et larga benevolentiæ et humanitas est ei exhibenda. Omnis Ogn. dix: Universa quæ constituta sunt, Catholica Ecclesia in universo orbe diffusa custodiat.

Et sic ipsi erunt qui convenerant omnes Epis. diversarum Provinciarum. A. M. D. S.

I Implorato Constantii et Constantis Imperatorum auspicio Synodum indixit Julius Pontifex, tum ut praeteritos Athanasium ab Arianis in Conc. Tyrio damnatum, a deposita communione receptum, Concilii etiam sententia vindicaret, tum ob disciplinam ab ipsis haereticis labefactatam restauraret. Praeter 80 Eusebianos, magnam in partem Asiaticos, et trecenta quinque Imperii provinciis confluere Patres fere 300. Pontificis nomine praesidebat Osius Ep. Cordub. cum Archidamo et Philopeno Presb. Celebratum fuit Sardicae, urbe Daciae, in Illyrico, exorsus 22 Maii a. 347.

II Rentum faciunt querelae quas contra Arianorum fraudes, vexationes et injurias duce Eusebio perpetratas, detulere S. Athanasius, Marcellus Ancyranus et Asclepas Gazenois cum plurium Episcoporum deputatis, postulantes ut causae ipsorum retractarentur, Eusebianis ad rationem reddendam compulsis. Judicii Ecclesiast. rectitudinem, veriti Eusebiani, retardare primum suum in Urbe adventum, abstinendo cum suis ab accessu Concilii, communicando cum reis a se damnatis, negando demum passuros se retractari praecedentium Synodorum judicia: Sardicenses contra proposito Imperio Pontificis, concessione Imperatorum, et judiciorum usu, urgendo illos ad actionum suarum justitiam Concilio probandam. Ad desperantes, gratulandi gratia Constantem de victoria ex Persas reportata nocte profugiunt Philopolin in Thracia ad novas artes serviturus tentandas. Quare Contra factas Arianae haeresis scissiones, statuitur Ecclesiam formalem sufficere, nec aliam condandam, ut omnis proteptandi Arianorum ratio excluderetur. Dein audiuntur Athanasii et Asclepae defensiones, cum testibus et documentis authenticis probatum: examinatur Marcelli liber objectus pro Arianis cum et delegantur Eusebianorum artes. Cum Galli Presb. dep. Innocens declaratur Athanasius ab Arsenii caede, confractis calicis sacrilegis aliisque criminibus male imputatis. Marcelli fides non assertis, sed quaestionum ratione in libro non sana diuque declaratur. Asclepas de altaris aversione objecta, sed luculenter refutata, absolvitur, et reponitur, Gregorio et Basilio, rescissis ordinationibus, ejectis, cenaque cum Eusebianorum principi. Ad Orii postulationem Canones suscribuntur, additis sub finem, praeter illas ad Pont. et Imperatores Litteris encyclicis, quibus universo Orbi Episcopi rescribere invitantur. Inde altera Eusebiani in Philopolitano conciliabulo forma semiariana recenter condita adunt anathemata in Osium et

Protogenem, ad Julium Papam, sibi Concilii nomen et auctoritatem usurpantes. (145)
Ita gesta, cum, suppressis vera Concilii Sardicensis Synodi actis, Donatistæ in Africa
sparserent, factum est, ut S. Aug. l. III contra Max. Arrianum et alibi, non aliud cognoverit
nisi Arianorum Sardicense Concilium.

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

1481

Concilium Constantinopolitanum I.

Tempore Damasi Papæ et Theodosii Seniores 150 Patrum contra haeresin Macedonii et Apollinaris etc. An. Christi. 381.

I. Custodiendam esse fidem 318 Patrum, qui apud Nicæam Bithyniæ convenerunt ad anathematizandam omnem haeresim, specialiter Eunomianorum, sive Anomoeorum, et Arianorum, sive Eudoxianorum, et Semiarianorum, sive Pneumatomachorum, et Sabellianorum, et Photinianorum, et Apollinianorum.

II. Episcopi qui extra Diœcesim sunt ad Ecclesias quæ extra terminos earum sunt, non accedant, neque confundant et permisceant Ecclesias secundum regulas constitutas. Alexandriæ quidem Episcopi solius Orientis curam gerant, servatis honoribus primatus Ecclesiæ Antiochenæ, quæ in regulis Nicænæ Synodi continentur. Sed et Asiana Diœcesis Episcopi ea, quæ sunt in Asia, et quæ ad Asianam tantummodo Diœcesim pertinent, gubernent. Pontici autem Episcopi, Pontica tantum Diœceseos habeant curam: Thraciæ vero, Episcopi tantummodo Thraciæ.

III. Non invitati Episcopi, ultra Diœcesim accedere non debent, regulæ ordinandis aliquibus, vel quibuscunque disponentibus Ecclesiasticis causis, erunta regula, quæ superscripta est, de unaquaque Diœcesi. Manifestum namque, quod per singulas quasque Prov. Provinciales Synodos administrare, et gubernare omnia debet, secundum ea quæ sunt in Nicæa definita.

IV. Ecclesias autem Dei, quæ sunt in Barbaricis gentibus constitutæ, regi atque administrare oportet secundum consuetudinem, quam a Patribus obtinuisse dignoscitur.

V. Constantinopolitanæ civitatis Episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum Pont. propter quod sit nova Roma.

N.B. Hunc canonem verum fuisse probat actio XVI Conc. Calced. red ab Eccl. Rom. minimè receptum ep Greg. ep. 123 l. 6. et ep 53 ep. Leonis Pont. ad ven. Anatolium Constan. in Conc. Calc.

VI. De Maximo Cynico Philosopho, propter indisciplinationis ejus doctrinam, quæ Constantinopoli orta est, statutum est, ut neque Maximus fuisse, aut etiam esse posset Episcopus, neque si qui ab eo sunt ordinati, quolibetcumque gradum Clericatus obtinerent; omnibus nihilet, quæ circa eum vel ab eo gesta sunt, in irritum revocatis.

VII. De Libello Occidentalium, etiam eos suscipimus, qui Antiochiæ unam Patris et Filii et Spiritus Sancti Deitatem confitentur.

VIII. Quoniam multi Ecclesiasticum ordinem confundere et subvertere volentes, inimicè et sycophanticè adversus Orthodoxos Episcopos, qui Ecclesias administrant, accusationes quasdam confingunt, nihil aliud quam Sacerdotium bonam existimationem contaminare, et in pace degentium populorum tumultus concitare conantes: ea de causa placuit, sancta Synodo Episcoporum, qui Constantinopoli convenerunt, nec sine discussione admittere accusatores, nec omnibus, eorum qui Ecclesias administrant, accusationes permittere, nec omnes excludere: sed si quis propriam quidem querelam, id est, privatam, intendat Episcopo, aut detrimentum aliquod vel injuriam aliquam ab ipso affectus, in ejusmodi accusationibus nec accusatoris personam, nec religionem examinari. Oportet enim Episcopi conscientiam esse omnibus modis liberam, et cum qui sibi injuriam factam esse dicit, cujuscunque sit religionis, jus suum consequi, si autem sit crimen Ecclesiasticum, quod Episcopo intenditur; tunc examinari personas accusatorum: ut primum quidem hæreticis non liceat Orthodoxos Episcopos pro rebus Ecclesiasticis accusare. Orthodoxos autem dicimus, et qui olim ab Ecclesia abdicati sunt, et qui sunt postea à nobis anathematizati: ad hæc autem et eos, qui se sanam quidem fidem

IX.

confiteri pro se fecerunt, avulsi autem sunt et abscissi, et adversus canonicos nostros Episcopos congregationem faciunt. Protecta autem, et si aliqui eorum ab Ecclesia ob aliquas causas prius condemnati et ejecti, et vel excommunicati fuerint, sive ex Clero sive ex Laicorum ordine nec eis licere Episcopum accusare, priusquam proprium crimen absterserint. Similiter autem et eos, qui prius rei facti accusatique sunt, non prius ad Episcopi vel aliorum Clericorum accusationem admitti, quam se objectorum sibi criminum innocentes ostenderint. Sed si nonnulli nec haeretici nec excommunicati fuerint, nec prius damnati, vel aliquorum criminum accusati, dicant autem se habere aliqua adversus Episc. crimination.: eos jubet Sancta Synodus primum quidem apud Provinciis Episcopos accusationem persequi, et apud eos probare crimina Episcopi, qui aliquarum rerum accusatur. Quod si evenerit, ut [illegible] Provinciales Episcopi crimina, quae Episcopo intentata sunt, corrigere non possint, tunc ipsos accedere ad majorem Synodum Diœcesis illius Episcopum pro hac convocatorum, et accusationem non prius intendere, quam quale periculum sibi statuant, siquidem in rebus examinandis accusatum Episcopum calumniae convicti fuerint. S. q. autem iis, quae ut prius declaratum est, decreta fuerunt, contempta, ausus fuerit vel Imperatoris aures molestia afficere, vel Secularium Principum judicia, vel Universalem Synodum perturbare, neglectis Diœcesi Episcopis, cum nullo modo esse accusationem admittendum, ut qui Canonibus injuriam fecerit, et Ecclesiasticum ordinem everterit.

IX. Eos qui recta fidei adjicuntur, et partem eorum qui ex haereticis servantur, recipimus, secundum subjectam hic consequentiam et consuetudinem. Arianos quidem et Macedonianos, et Sabbatianos, et Novatianos, qui dicunt sejipsos Catharos, et Puristas, hoc est, mundos, et sinistros, et Dessarodecatitas, sive Scrutatitas, et Apollinaristas recipimus, dantes quidem libellos, et omnem haeresim anathematizantes, quae non sentit ut Sancta Dei Catholica et Apost. Ecclesia, et signatos, sive unctos primum sancto Chrismate et frontem, et oculos, et nares, et os, et aures. Et eos signantes dicimus: Signaculum doni S. Sancti. Atque

Eunomianos, qui in unam demersionem baptizantur; et Montanistas, qui hic dicuntur Phrygges; et Sabellianos, qui eundem esse Patrem et Filium opinantur, et alia grauia et indigna faciunt; et alias omnes hereses. Quoniam hic multi sunt heretici, et maxime qui ex Galatarum regione veniunt: quicumque ex his ad fidei adscribi volunt, ut Graecos admittimus; et primo quidem die ipsos Christianos facimus, secundo Catechumenos, deinde tertio exorcizamus sive initiamus, et cogimus, ut longo tempore versentur in Ecclesia, et audiant Scripturas; et tunc eos baptizamus.

Symbolum ejusdem Concilii Constantinopolitani

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem factorem coeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium conditorem. Et in * unum Dominum J. C, Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia saecula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non factum, homoousion Patri, hoc est, ejusdem cum Patre substantiae; per quem omnia facta sunt, quae in coelo et quae in terra. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de coelis. et incarnatus est de S. Sancto, ex Maria Virgine et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato passus et sepultus. et tertia die resurrexit a mortuis secundum Scripturas; ascendit in coelos, sedet ad dexteram Patris: inde venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos; cujus regni non erit finis. Credimus in S. Sanctum, Dominum et vivificantem, ex Patre procedentem et cum Patre et Filio adorandum et conglorificandum, qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam, Catholicam et Apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum

1521

Baptisma in remissionem peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum, et vitam futuri seculi. Amen.

A. M. D. G.

Nota quedam circa Conc. Constantin. I

I Postulaverant Concilium 1m Conatus Arianorum adversus Synod. Nican. 2o multiplices haeres exorta, praesertim Macedonii S. Sancti divinitatem negantis. Concilii occasio fuit Maximus Cynicus in Constantin. sedem intrusus. Illud indixit Theodosius Senior Imp. solis Orientalibus, quorum 150 convenerunt. Pontif. Summo nec per se nec per legatos praesidente. Habitum Constantinopoli in Ecclesia anno 381. a Kal. Maii ad finem Junii. Ramen ei prorogatum alterum primum anno obtinuit, quo a congregata maximus Orientalium Synodus Episcopi tres cum actis priorib. missi sunt Romam ad Damasum, Occidentalium Concilium celebrantem, confirmationem dogmatum et conspirationem cum Ecclesia eum hinc referentes.

II Principio Patres declaraverunt destitutum Maximum et substitutum Gregorium Nazianzenum. Displicuit Timotheo Alexandrino haec confirmatio, se et suis non expectatis facta, abdicavit sponte Gregorium, et electus fuit Nectarius. Inter has turbas pacate tamen agitata est causa fidei 1m Volumen Occidentalium de fide Antiochenorum Christi Divinitati personas probatus 2m Libellus fidei a Gregorio Nysseno conscriptus hoc. Symbolum Nicaenum variis articulis contra ortas tunc haereses auctum, summa Patrum deliberatione examinatur probaturque 3o Tres Canones constituunt, quorum 1m et 3m Patres 2m Nectarium auctores habent. Graeci addunt Quatuor alios sed contra opinionem probabiliorem. Symbolum Nicaenos Patres et Constantinopolitanos (mm) auctores habet.

1531

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

/1524/

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

1/1551

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

1581

Concilium Ephesinum sub Celestino Papa

Presidente Cirillo Epise. Alexandrino tempore Theodosii Junioris contra Nestorium aliosque haereticos celebratum anno Christi 431.

Sancta Synodus. dixit. Cum inter cetera religiosissimus Nestorius, neque nostrae citationi pareve, neque sanctissimos nuntios religiosissimosque Epise. nostros ad se missos admittere voluerit, non potuimus ad eorum quae impiè docuit examinationem animum non adjungere. Edocti itaque partim ex litteris, commentariisque illius hic publicè lectis, partim nuntium ex conationibus quas in hac Ephesinorum Metropoli habuit, partim denique ex testibus fide dignis, illum impiè docere et sapere, per sacros Canones, sanctissimique Romani Eccl. Epise. Celestini Patris nostri litteras, lachrymis suffusi et plenè invicti ad lugubrem hanc sententiam surgimus.

Sententia.

Igitur D.N.J.C. quem suis ille blasphemis vocibus impetivit, per sacram hanc Synodum eundem Nestorium omni prorsus Episcopali dignitate privatum et ab universo nihil hominus Sacerdotum consortio et coetu alienum esse decrevit.

Huic autem ejus authorationi Nestorii inveniuntur suscripsisse plusquam decem Epise.

Sacra Synodus jussu religiosissimorum Christianissimorumque principum rescriptum in Ephesinam Metropoli per Dei gratiam sacta, Nestorio nondum

Ignoscite propter impias tuas, obstinatamque adversus sacros

Canones contumaciam, contumaciamque obstinationem vigesimo secundo mensis Junii jam decurrentis, juxta Ecclesiasticarum sanctionum decreta à sacra Synodo exauctoratam atque abdicatam omni Ecclesiasticæ dignitatis gradu esse.

Hoc epistolium de exauctoratione illius propinè consequenter ad Nestorium transmissum est.

N.B. Post sententiam latam advenerunt legati R. Pont. Arcadius et Projectus Presb. qui Cælestini literas exhibuerunt. Quibus lectis, omnes piissimi Epiſc. simul acclamaverunt:

Hoc vectum judicium, novo Paulo Cælestino, novo Paulo Cyrillo, Cælestino cum Cyrillo concordi: Cælestino fidei custodi universa Synodus gratias agit; unus Cælestinus, unus Cyrillus; una fides Synodi; una fides terrarum orbis.

Declaratio duodecim capitum et anathematismorum, à Cyrillo Archiepiſc. Alexandrino, Ephesi sacra Synodo latiorum illorum explicationem petente dicta

Conspicua sunt intelligentibus omnia et recta sentientibus invenientibus, sicut scriptum est. Etc.

Anathematismus I. Si q. non confitetur Emanuelem secundum veritatem esse Deum, ideoque sanctam Virginem esse Deiparam (carnaliter enim Verbum ex Deo patre carnem factum genuit) anath. sit. Sequitur declaratio.

II. Si q. non confitetur carni secundum subsistentiam unitam esse, quod ex Deo est Verbum, atque unum esse Christi cum carne sua, eundem videlicet Deum simul et hominem, anath. sit. Seq. declar.

III. Si q. in uno Christo subsistentias, post factam illarum unionem dividit, conjunctione tantum illas, quæ sit secundum dignitatem, vel authoritatem, et

non magis voluisse secundum naturalem unionem connectens, anath. sit. S. Decl.

IV. S.q. voces illas quæ in Evangeliis et Apostolicis habemus literis, sive de Christo à sanctis, sive ab ipso de ipso dictas, duabus Personis vel subsistentiis assignat, et alias tanquam homini separatim à Dei Patris Verbo intellecto, alias vero tanquam Deo competentes soli Dei Patris Verbo adaptat, anath. sit. Seq. Decl.

V. S.q. Christum deiferum hominem audet dicere, et non potius Deum secundum veritatem, tanquam unicum et naturalem Filium, quemadmodum Verbum caro, et carni et sanguinis perinde atque nos participes est factum, anath. sit. Seq. Decl.

VI. S.q. Verbum quod ex Deo Patre est, Deum ac Dominum Christi esse dicit, et non magis illum eundem confitetur esse Deum simul et hominem, siquidem Verbum caro factum est secundum scripturas, Anath. sit.

VII. S.q. Jesum à Verbo Dei tanquam hominem actum et impulsum esse, et unigeniti gloriam illi tanquam alteri cuidam à se diverso accessisse dicit, anath. sit. Seq. Decl.

VIII. Si quisquam assumptum hominem audet dicere una cum Deo Verbo adorandum et glorificandum, Deumque tanquam alterum cum altero appellandum esse, et non magis una adoratione Emmanuelem honorat, et unam illi glorificationem, sicut Verbum caro est factum, deputat anath. sit. S. Decl.

IX. S.q. dicit unum D.N.C. à Spiritu tanquam aliena virtute, qua per ipsum usus est, glorificatum esse, et ab illo accepisse, quo contra Spiritus immundos operatus est, et quo divinitatis signa inter homines perfecit, et non magis proprium ejusdem esse spiritum, per quem divinitatis signa operatus est, anath. sit. S. Decl.

X. Pontificem et Apostolum confessionis nostræ ~~esse~~ factum esse Christum Scripturæ dicit. Obtulit autem pro nobis semetipsum in odorem fragrantiæ Deo Patri. S.q. igitur Pontificem et Apost. nostrum, non ipsum quod ex Deo est

Verbum, et caro et homo, nobis similis est factum, sed tanquam quendam homi-
nem præter ipsum separatim ab eo, ex muliere natum factum esse dicit.
aut e.g. Christum etiam pro seipso oblationem, et non magis pro nobis oblatio-
nem dicit (non enim opus habuit oblatione, qui peccatum non novit) Anath. sit. 12.
XI e.g. carnem Domini non confitetur esse vivificam, et ipsius Verbi quod ex Deo
facta est, propriam, sed tanquam alterius cujuspiam præter ipsum, secundum
dignitatem quidem, aut tanquam quæ divinam deinceps in habitationem sit
adepta, cum ipso conjuncti, et non magis vivificam, sicut diximus, propterea
quod propria facta est Verbi, quod omnia vivificare potest, Anath. sit. 13.
XII e.g. non confitetur Verbum Dei carne esse passum, carne crucifixum, et
mortem carne gustasse, primogenitum ex mortuis factum, quemadmodum
et vita est, et vivificans sicut Deus. Anath. sit. 14. declaratio.

Migitur magna et sancta Synodus, ipsum qui est ex Deo Patre na-
turaliter natus, Filium unigenitum, Deum verum de Deo vero, lumen de
lumine, per quem et cum quo omnia fecit Pater, hunc descendisse, incarna-
tum esse, et hominem factum, passum esse, et resurrexisse tertia die, ascendisse
versus in Cælos. Hæc nos sequi verba debemus, his nos convenit obtemperare
dogmatibus, considerantes quid sit incarnatum esse, et hominem factum Dei Ver-
bum. Non enim dicimus, quod Dei natura conversa vel immutata, facta sit
caro, nec quod in totum hominem, qui ex anima et corpore transformata sit,
sed magis quod carnem animatam anima rationali sibi copulaverit, Verbum
quæ substantialiter, ineffabiliter et incomprehensibiliter, factus sit homo, et
nuncupatus sit etiam Filius hominis, non nuda tantummodo voluntate,

sed nec assumptione solâ personæ, sed quod diverse quidem natura in unum con
venerint, unus tamen ex ambabus Christus, et Filius non exacuata vel subla
ta diversitate naturarum per conjunctionem, sed quia semel nobis effecerunt
unam Deum, et Christum et Filium, id est divinitas et humanitas, per ar
canam illam ineffabilemque copulationis admirationem. Itaque dixerit non
dixerit omnia est natus ex Patre, etiam ex muliere carnaliter est procreatus in tem
pore. Non quia divina ejus natura de sacra Virgine sumpsit exordium, nec
propter ejus emendationem habuit secundò nasci post illam nativitatem quam habebat
ex Patre (post enim ineptum et stultum hoc dicere, quod ex quibus omnia creata
est et consempiterna Deus Patri, secundæ generationis egerit, ut eas inciperet:)
sed quia propter nostram salutem, naturam sibi copulavit humanam, et proce
dit ex muliere, ideirco dicitur esse natus carnaliter. Ex ea enim primo natus est
homo communis de sancta Virgine, et tunc demum inhabitavit in eo Verbum
sed in ipsa deificâ ante ex Virgineâ sicuti carnem consumpsit et suscitavit, ge
nerationem carnalem carnis sua, nativitatem suam facians. Sic illum dicimus et
passum esse, et resurrexisse, non quia Deus Verbum in sua natura passus sit,
aut plagas, aut clavorum transfixiones, aut alia vulnera susceperit (Deus nam
que incorporalis et extra passionem est) sed quia corpus illud, quod ipsius proprium
factum est, hoc sustinuit, ideò hæc omnia pro nobis ipse dicitur passus. Inest
enim in eo corpore quod patiebatur, Deus, qui pati non poterat. Similiter
et mortem ipsius intelligimus. Immortale enim et incorruptibile est na
turaliter, et vita, et vivificans Dei Verbum; sed quia corpus ipsius pro
prium, (quia Dei (juxta Pauli vocem) pro omnibus mortem gustavit,
ideirco ipse dicitur mortem passus pro nobis: non quod ipse mortem erat

operetur, quantum ad ipsius naturam pertinet, sin sana enim est hoc vel senti
re, vel dicere? sed quod sit dicimus, verum vero ipsius mortem gustavit. Sta
et resurgente carne ipsius, rursus resurrectionem dicimus, non quod in corruptio
nem ceciderit (quod absit) sed quia ejus resurrexit corpus. Sta Christum u
num et Dominum confitemur, non tanquam hominem cum Verbo vocabulo
ne dividimus quasi dum species indicatur; sed unum Jam et eundem adoramus, quia
non est alienum à Verbo corpus suum, cum quo ipse etiam considet Patri. Sic
hoc ita dicimus, quasi duobus filiis considentibus, sed unum carne per unitatem,
quia ei talem copulationem factam per substantiam, aut quasi propassibilem, autque
si passum decoram voluerimus accipere, in id incidimus, ut duos filios esse dicamus.
Necesse est enim discernere et dicere hominem separatim fuisse solum filium appella
tione honoratum, et rursus Verbum quod est ex Deo in homine ex Veritate filium
Dei. Sed discernere in duos filios non debemus unum D. J. C. Negat enim adjicit
rectam fidei ratione, licet nonnulli copulationem (nescio quam) perhibeant personarum.
Non enim dicit Scriptura, Verbum Dei personam sibi hominis assumpsisse, sed carnem fac
tum esse. Id autem est ostendere, Dei Verbum similiter ac nos principium habuisse
carnis et sanguinis, et corpus nostrum proprietatem fecisse, et hominem ex mate
re processisse, non abjecta vel deposita Deitate, aut generatione illa quam
habebat ex Patre, sed mansisse etiam in assumptione carnis Deum, quod erat.
Hoc itaque recta fidei ratio protestatur. In tali sensu Sanctos Patres fuisse con
fitemur. Itaque illi non dubitaverunt sanctam Virginem dicere Theotocon,
non quod Verbi natura Deitasque in sancta Virgine sumpsit exordium, sed quia
ex ea natum sit sacrum illud corpus, animatum anima rationali, cui substan
tialiter adunatum Dei Verbum substantialiter natum esse dicitur. Hoc igitur pro

charitate in Christo scribo tibi, gaudens tanquam frater, et contestans coram Deo et electis ejus Angelis, ut hoc nobiscum sentias, simul et doceas, ut Ecclesiarum pax salva servetur, et concordia charitatis quæ vinculum indissolubile manent sacerdotibus Dei.

Canones

Ducentorum sanctorum et beatorum patrum, qui in Epheso convenerunt sub Theodosio Imperatore, et Cælestino Papa, Luciano Mantuano et Monacho Casinensi interprete

I. Quoniam autem opportebat et absentes à sancta Synodo, morantesque in urbibus et provinciis ob aliquod impedimentum, seu Ecclesiasticum, sive corporeum, non ignorare quæ de ipsis sunt constituta, significamus sanctitati vestræ ac dilectioni, ut si quidem Metropolita Provinciæ, derelicta sancta et Oecumenica Synodo, aut accessit ad illorum defectionis consessum, aut accederet in posterum, sive cum Cælestio sensit; aut sentiet, ipse nihil amplius poterit agere adversus Provinciæ Episcopos, ut qui jam inde à Synodo totius Ecclesiasticæ communionis exper sit factus, et prorsus inutilis: sed et ipsis Episcopis illius Provinciæ circumgae vicinis Metropolitis recta sentientibus subjacebit, ut omnino dejectus sit à sede Episcopatus.

II. Si qui autem Provinciales Episcopi à sancta Synodo defecerunt, vel deficientibus adhæserunt, aut adhærere tentaverunt, vel etiam postquam suscepti sunt Nestorii depositioni, pursues ad defectionis consensum nihil

minus recusserunt; istos placuit sancto Synodo penitùs alienos esse a sacerdotio, à graduque decidisse.

III. Si qui verò ex Clericis in singulis urbibus aut regionibus à Nestorio et eorum presantibus sacerdotio prohibiti sunt, quod rectè sentirent, justum putavimus hos quoque proprium gradum accipere. In summâ autem, Clericos Orthodoxos et Œcumenico Synodo consentientes jubemus eis qui defecerunt, aut defecturi sunt, Episcopis nullo pacto aut ratione subjectos esse debere.

IV. Si qui autem Clericorum defecerunt et ausi fuerunt, vel privatim vel publicè quæ sunt Nestorii aut Cælestii sapere, sancitum est à sancta Synodo eos etiam quoque depositos esse.

V. Quicunque autem ob turpia gesta sunt à sancta Synodo condemnati, vel à propriis eorum Episcopis, quibus præter Canones, Nestorius, qui nullum rerum discernen habebat, et qui cum illo eadem sentiunt, restituere conati sunt in gradum vel communionem, aut conservetur, istos decrevimus inutiles esse, et manere nihil horum eis depositos.

VI. Similiter autem, et si qui delint ea quæ de singulis per sanctam Synodum gesta sunt Ephesiam, quocumque modo movere, sancta Synodus ipsa decrevit, siquidem Episcopi aut Clerici fuerint, eos omnino à propriis cadere gradu: sed verò laici, aut alii, sine communione permanent.

ANDS.

FACULTAD de TEOLOGIA · GRANADA ·

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

(1691

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

1551

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

Concilium Chalcedonense

seu IV Syn. Recum. 630 Episcoporum. Contra Eutychem Abbatem et Dioscorum Patriarcham Alexandrin. sub Leone I Summo Pontif. et Valentiniano et Marciano Imperatoribus anno Christi 451.

Definitio IV Concilii

Dominus et Salvator N.C. fidei doctrinam discipulis confirmans: Pacem, inquit, meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Ut nemo a vera pietatis dogmatibus divertat, sed ex aequo omnes veritatis doctrinam prædicent. Et postea sancto Spiritu symbolo, et centum atque quinquaginta sanctorum Patrum decreto dicto, intulerunt, satis igitur ad perfectam rerum pietatis cognitionem et confirmationem est, sapienter concepturn, et salutare illud divinæ gratiæ symbolum. De Patre enim et Filio et Sancto, absolutam continet doctrinam, et incarnationem Domini cum fide eam recipientibus astruit. Quandoquidem autem veritatis inimici, qui adhuc per haereses suas prædicationem contendunt, inaniloquentiam pepererunt, et nonnulli nascentem Domini Nostri gratiæ susceptam administrationem adulterare, et vocem hanc Θεοτόκον, de genitrice, pernegare ausi sunt: aliqui vero confusionem emptionemque inducentes, unam esse carnis et divinitatis naturam inconsiderate fingunt, divinamque unigeniti naturam per confusionem passionis obnoxiam prodigiose asserunt: hac igitur nunc sancta et magna universalis Synodus, omnem illis fraudem et machinationem

adversus veritatem proclivem volens, et integritatem fidei mitatemque veteris doctrinæ, Nicænis, in primis statuit, ut sanctorum trecentorum decem et octo Patrum fides inviolata constet. Deinde et eorum qui in urbe Imperante adversus Sanctos hostes posterioribus temporibus convenerunt, centum quinquaginta Patrum de Spiritus sancti doctrinam, auctoritate sua confirmat: quam illi Patres omnibus notam esse voluerunt, non ut aliquid quod majoribus ignotum fuisset invenirent, sed ut Sancti naturam, quoddam de illius potestate obtinere volentes, testimoniis in perceptum relatis, clarius promulgarent. Propter eos vero qui œconomiæ et administrationis mysterium depravare audent, et qui ex Maria Virgine natus est, merum esse hominem insipienter et contumaciose dicunt, beati Cyrilli qui Alexandrinæ Ecclesiæ Pastor fuit, Synodales Epistolas ad Nestorium et Orientales Episcopos data, cum recte scripta sint, tum ad Nestorii impiam dementiam refutandam, tum ad sententiam salutaris Synodi, eis qui eam pie sentire requirunt, declarandam recepit: quibus Epistolam quoque maximæ urbis Romæ antistitis, beatissimi et sanctissimi Archiepiscopi Leonis, ad eum qui in sanctis est, Archiepiscopum Alexandrinum, repellendæ Eutychetis malevolentiæ gratia scriptam, quæ beati Petri confessionem continet, et adversus perperam et impie sentientes, quasi quoddam communis et publica columna est, ad dogmata recta confirmanda, merito conjunxit. Item adversus eos qui administrationis mysterium in duos filios distrahere conantur, pugnat: et eos, qui unigeniti divinitatem perpessionis obnoxiam esse dicere audent, sacris contentibus explodit. Item autem eis quoque, qui in duabus Christi naturis mixtionem et confusionem comminiscuntur, resistit. Eos præterea qui Cœlestis aut alterius cujusquam essentiæ esse deliriant, quam ex nobis sibi assumpsit servi formam, proscribit. Eos denique qui duas quidem ante unionem Domini naturas profitentur, unam

autem post unionem faciunt, anathemati subjicit. Itaque patrum vestigiis insistentes, unum atque eundem profitemur esse Filium D. N. J. C.; et una voce omnes deprædicamus perfectum eundem in humanitate, Deum verum et hominem verum, eundem ex rationali anima et corpore, consubstantialem Patri secundum divinitatem, et consubstantialem nobis secundum humanitatem, per omnia nobis æqualem absque peccato, ante sæcula quidem ex Patre secundum divinitatem, in extremis autem diebus eundem propter nos et propter nostram salutem, ex Maria Virgine et Dei genitrice secundum humanitatem genitum, unum et eundem Christum, Filium et Dominum, unigenitum in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indivise, inseparabiliter cognitum atque deprædicatum: haud quaquam naturarum differentiam unione tollente, sed proprietatem potius utriusque naturæ conservante, quæ in personam unam et subsistentiam unam concurrit: non velut in duas personas dispertitum aut divisum, sed unum et eundem Filium unigenitum Deum Verbum D. N. J. C. quemadmodum antiqui Vates prophetæ, et ipse de seipso nos docuit Christus, et Symbolum Patrum nobis tradidit. Quis igitur cum cura et diligentia omni a nobis constitutis, sancta et universalis Synodus decrevit, ut nemini liceat aliter sentire, aut fidem aliam proferre, vel conscribere, vel componere, vel aliter docere. Hi vero quicunque autem ausi fuerint fidem aliam componere, aut proferre, aut docere, aut Symbolum tradere iis qui ex Græca superstitione vel Judaismo, vel alia quacunque hæresi converti ad veritatis cognitionem voluerint: eos siquidem Episcopi aut Clerici fuerint, ab Episcopatu et Clero alienos: sin autem Monachi aut Laici fuerint, anathemati subjectos esse debere. Vid. Nicephr. L. 15 c. 5 et 6.

(1755)

Sequuntur Canones Conc. Chalced, absentibus legatis constituti dolose et clandestine ab Orientalibus remanentibus, in actione decimaquinta

I. Sanctis Patribus in unaquaque Synodo usque nunc prolatas regulas teneri statuimus.

II. S.q.Ep. per pecuniam ordinationem fecerit, et pactis redegerit S. Sanctigratiam, quæ vendi non potest, ordinaverit que per pecuniam Presbyterum, aut Diaconum vel quemlibet de his qui iconomi antur in Clero, promoverit, et dispensatorem, aut defensorem, vel quemlibet qui subjectus est regulæ pro sui turpissimi lucri commodo, is qui hoc attentare probatus fuerit, propriis gradus periculo subjacebit, et qui ordinatus est, nihil ex hac ordinatione vel promotione quæ est pro negotiatione facta, proficiat, sed sit alienus a dignitate vel solicitudine, quam pecuniis acquisivit. S.q. vero mediator tam turpibus et nefandis datis vel acceptis exstiterit, si quidem Clericus fuerit, a proprio gradu decidat; si vero laicus, anathematizetur.

III. Pervenit ad Sanctam Synodum quod de his qui in Clero connumerantur, quidam propter turpi lucri gratiam alienam possessionem conductione, et ecclesiasticum negotium susciunt, et a sacris officiis se per desidiam separant, ad domos autem secularem curam transeunt, et substantiarum earum gubernationes [pravitatis causa] suscipiunt. Decrevit igitur hanc sancta et univ. et magn. Synodus, neminem horum deinceps, hoc est Episc. sive Clericum, aut Monachum conductiones possessionis, aut mercedes ecclesiasticas possessiones pose, nisi forte qui legibus ad minorum ætatis tutelas sive curationes inexcusabiles attrahantur, aut ipsius civitatis Episcopus Ecclesiast. rerum commiserit gubernacula, et orphanorum ac viduarum quæ indefensæ sunt, aut earum personarum, maxime qui Ecclesiastico indigent adminiculo, propter Dei timorem. S.q. vero transgressus fuerit hoc

præcepta, Ecclesiastica subjaceat correctioni.

IV. Illi vero et pare solitariam eligunt vitam digni sunt convenienti honore. Quidam tamen Monachorum habitu utentes, indifferenter per civitates incedunt, nec non et Monasteria et ejusdem propria præsumptione commendant. Placuit igitur neminem aut ædificare aut constituere Monasteria, aut Oratorii domum, sine conscientia ejusdem civitatis Episcopi. Eos vero qui per singulas civitates seu possessiones in Monasteriis sunt, placet nobis Episcopo subjectos esse debere, et quieti operam dare, atque observare jejunia et orationes in locis, in quibus semel se Deo voverint, permanentes; et neque communicare Ecclesiasticis, neque seculares aliquas attractare actiones delinquentes propria e Monasteria, nisi forte jubeantur propter urgentes necessitates ab Episcopis civitatis Episc. Et neminem servorum suscipi in Monasterium, ut sit cum eis Monachus, nisi cum proprii domini licentia. Præterea vero hoc decrevimus extra communionem esse, ne nomen Domini blasphemetur. Convenit ergo civitatis Episcopo, curam solicitudinemque necessariam Monasteriis exhibere.

V. Propter eos Episc. et Clericos qui de civitate ad civitatem transeunt, placuit definitionibus datis à sanctis Patribus habere propriam firmitatem.

VI. Neminem absolute ordinari jubemus Presbyterum, neque Diaconum nec quemlibet in Ecclesiastica ordinatione constitutum, nisi manifeste in Ecclesia sua civitatis, vel possessionis, aut in Martyrio aut in Monasterio, hic qui ordinatur mereatur ordinationis publicæ vocabulum. Eos autem qui absolute ordinantur decrevit sancta Synodus vacuam habere manus impositionem, et nullum tale factum valere ad injuriam ejus civis qui eos ordinavit.

VII. Eos qui semel in Clero lapsi fuerint, vel in Monasteriis deputati decrevimus neque ad militiam, neque ad honores revolvi venire. Eos autem qui hoc ausi fuerint facere, et non ejus vel pœnitere maluerint, aut ad hoc idem revertentes quod ante, obtenta Dei vobis proposuerunt, convenit anathematizari.

VIII. Clerici in Parochiis, Monasteriis, aut Martyriis constituti sub potestate sint ejus qui in ea civitate est Episcopus secundum traditionem sanctorum Patrum, neque per presumptionem recedant à suo Episcopo. Si verò qui aliqui fuerint recedere sine ejus ordinationem quocumque modo, vel se noluerint subjicere proprio Episcopo (si quidem fuerint Clerici) secundum personarum ordinationem subjiciant condemnationibus Canonum; si verò Monachi seu laici fuerint communione privetur.

IX. Si Clericus ad alterum Clericum habeat negotium non relinquat suum Episcopum, et ad seculares judicia non concurrat, sed prius negotium agitetur apud proprium Episcopum: vel certe si fuerit negotium ejus Episcopi, apud arbitros ex utraque parte electos audiatur negotium. S.q. verò contra ejus Provincie Metropolitanum Episcopum Episcopus sive Clericus habeat controversiam, pergant ad ejus Diœcesis primatem, aut certe ad Constantinopolitanæ regiæ sedis, et coram ibi negotium terminetur.

X. Non liceat Clericum in Ecclesiis alterius civitatem ordinari, sed in ea, in qua ab initio ordinatus est et cujus eppetitio erat ante profugium. Et si propter vanæ gloriæ desiderium contigerit, aut post ad majorem Ecclesiam confugerit, eum indubitanter revocari decet ad suam Ecclesiam, in qua ab exordio ordinatus est, et ibi tantummodo ministrare. S.q. verò translatus est ab una Ecclesia in aliam, nihil habeat diminuendum priori, sive vel Ecclesiæ constitutis Martyribus, sive in Parochiis vel Xenodochiis, aut eorum negotiis. Si verò qui aliqui fuerint post ordinationem Regis magni et Universalis Synodi agere quæ prohibita sunt, statuit sancta Synodus cadere de proprio gradu.

XI. Pervenit ad nos, quod quidam præter Ecclesiasticas ordinationes, affectantes potentiam pragmaticum sacrum unam Provinciam in duas dividant, et hoc inveniantur duos Metropolitanos Episcopi in una eademque Provincia esse. Statuit ergo

sancta Synodus decreps nihil tali attentari a quolibet Episcopo. Si vero qui tale aliquid tentaverint, cadere de propriis gradu

XII. Peregrinum quidam [illegible] Catholico et Clerico et Lectori extra suam civitatem sine Commendatitiis litteris proprii Episcopi nusquam penitus liceat ministrare

XIII. Quoniam in quibusdam Provinciis conceptum est a multis et lectoribus uxorem ducere, constituit Sancta Synodus prorsus inquam his non licere alterius sectæ accipere uxorem. Si q. vero præsumpserit, et habet jam de tali connubio filios, si forte prævenientes ejus apud hæreticos baptizati, debent eos offerre sanctæ Ecclesiæ Catholicæ, et ibi communicent. Qui vero adhuc baptizati non sunt, omnimodo non ponendos in hæretica Ecclesia baptizari, nec in matrimonio jungi hæretico, Judæo, vel Pagano, nisi forte promittens vere ad Catholicam fidem, cum conjungitur persona Catholica. Si q. vero hanc definitionem sanctæ Synodi præterierit, regulari sententiæ subjaceat.

XIV. Diaconissam non debere ante annos quadraginta ordinari statuimus. Si vero Ordinationem susceperit, et quantocumque tempore ministerium, et postea se nuptiis tradiderit injuriam faciens gratiæ Dei, hoc anathema sit cum eo qui in nuptiis illius convenerit.

XV. Si quis virgo se dedicaverit Deo, similiter Monachus, non licet eos nuptias jungere. Si vero inventi fuerint hoc facientes manent excommunicati. Statuimus vero, propter filii humanitatem, si ita probaverit Episcopus loci

XVI. Per singulas Ecclesias Parochias rusticanas permanere immobiles apud eos qui eas tenent Episcopos decrevimus, et nequaquam si illas, sine violentia per triginta annos gubernaverint. Si vero intra triginta annos facta fuerit de his dubitatio, licebit eis qui se dixerint laesos, propterea movere apud Synodum ~~certamen~~ Provinciæ certamen

s.g. vero putaverit se a proprio Metropolitano gravari, apud Primatem dioceseos, aut apud Constantinopolitanæ civitatis sedem, agat negotium sicut dictum est. si vero quilibet civis per auctoritatem Imperialem renovata est, aut si renovetur in posterum civilibus et publicis ordinationibus, etiam Ecclesiasticas eam Parochiarum sequatur ordinatio.

XVII. Conjurationum et conspirationum crimen publicis etiam legibus cautum est penitus inhiberi; hoc multo magis in sancta Dei Ecclesia (ne fiat) convenit abdicari. si quis vero Clericus vel Monachus inventi fuerint conjuratores, aut conspiratores, aut Ecclesias vel factiones componentes aliquas seu Episcopis, aut aliis, omnino cadant de proprio gradu.

XVIII. Pervenit ad nostras aures, quod in Provinciis constituta Episcoporum Concilia minime celebrantur; hoc ergo probatur, quod multa quæ correctione opus habent, Ecclesiastica res negligantur. Statuit ergo hac Sancta Synodus secundum priscam Patrum hac in re formam in unum convenire debent per singulas Provincias Episcopos, ubi singula quæ emerserint, corrigantur. Cui vero noluerit convenire Episcopi constituti in suis civitatibus, et hoc magnæ cum sui corporis infirmitate sint consistentes, cum etiam ad omnibus aliis urgentibus necessitatibus et inexcusabilibus negotiis sint liberi, liceat eos fraterna charitatibus commonitionibus corripi.

XIX. Clericos in singulis Ecclesiis constitutos (sicut jam definivimus) non liceat in alterius civitatis Ecclesiis ordinari, sed quiescant in ea in qua ab initio ministrare meruerunt, exceptis illis qui propias civitates perdiderunt, et ex necessitate ad alias Ecclesias migraverunt. si vero quicumque Episcopus post definitionem istam ad alium Episcopum pertinentem Clericum susceperit, placuit Sancta Synodo, et hunc qui susceptus est, et eum qui suscepit, tamdiu excommunicatos manere, quamdiu ipse Clericus ad propriam revertatur Ecclesiam.

XX. Clericos aut laicos passim accusantes, et sine probatione Episcopos aut Clericos ad accusationem non recipiendos decrevimus, nisi prius discutiatur eorum existimationis opinio.

XXI. Non liceat Clericis post mortem Episcopi sui ingerere se pertinentes ad eum vicinti prebendibus regalis constitutum habetur. Si vero hoc fecerint, perditurus se noverit a proprio gradu

XXII. Quidam Monachi nihil habentes sibi injunctum à proprio Episcopo, interdum vero etiam illi qui ab eo fuerant excommunicati, veniunt ad civitatem Constantinopolitanam, et in ea perturbationes tranquillitati Ecclesiastice inferunt, et diversorum domos corrumpunt. Statuit igitur S. Synodus, hos primum commoneri, ut cesent a regia civitate alienum eos invitos Pejici ac inde per defensorem compelli ut ad sua loca redeant

XXIII. Duo semel sunt dedicata Monasteria consilio Episcoporum, maneant perpetuo Monasteria, et res quæ ad ea pertinent, Monasteriis reservari oportet, nec posse ea ultra fieri secularia habitacula. Qui vero permiserint hoc fieri, subjaceant iis condemnationibus, quæ per Canones constituta sunt.

XXIV. Quoniam quidam Metropolitanorum sicut ad nos perlatum est negligunt regesve sibi creditos, et differunt Ordinationes facere Episcoporum, placuit Sancto Synodo, intra tres menses fieri Ordinationes Episcoporum, nisi forte inexcusabilis necessitas cogerit Ordinationis tempus amplius protelari. Si autem quis Episcoporum hoc non observaverit, ipsum debere condemnationi Ecclesiastice subjacere. Redditus vero ejusdem viduate Ecclesiæ integros reservari apud Œconomum ejusdem Ecclesiæ censemus

XXV. Quia in quibusdam Ecclesiis aut removere comperimus Episcopi proles Œconomos facultates Ecclesiæ tractant, placuit omnem Ecclesiam habentem Episcopum, habere Œconomum de Clero proprio, qui gubernet Ecclesiæ res cum arbitrio sui Episcopi, ut non sine testimonio sit gubernatio ipsarum rerum Ecclesiasticarum,

et eo hoc decreuit dispergi gyrodem res Ecclesie, et sacerdotali dignitati obtracta
tio generetur. si vero quis non observaverit hoc, divinis subjaceat regulis.

XXVI. Eos qui sibi rapuint uxores, vel eos qui eis auxilium prestiterint, statuit sancta
Synodus (si quidem Clerici fuerint) decidere à proprio gradu: si vero laici fuerint, anathe-
matizentur

XXVII. De Constantinopoli nova Roma. Hic canon Clandestinos et subreptitios est

XXVIII. Subreptitios. A Leone constanter reprobatus, ab universa Ecclesia explosus, et a Grecis post mortem Leonis non Lud. erasmi fuit.

XXIX Subreptitius.

A. M. D. G.

FACULTAD de TEOLOGIA GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

(85)

1861.

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

1188)

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
GRANADA

1191

Concilium Constantinopolitanum II.

seu Synodus quinta centum sexaginta Episcoporum propter controversiam trium capitulorum ad errores Origenis repellendos congregata.

Sub Vigilio Papa et Justiniano Imperatore Anno 553.

Anathematismi hujus quintæ Synodi

Cap I. S. q. non confitetur Patris et Filii et Spiritus unam naturam, sive substantiam, et unam virtutem et potestatem, Trinitatem consubstantialem, unam Deitatem in tribus subsistentiis sive personis adorandam, talis anath. sit. Unus enim Deus et Pater, ex quo omnia, et unus Dominus Jesus, per quem omnia, et unus Spiritus sanctus, in quo omnia.

II. S. q. non confitetur Dei Verbi duas esse nativitates, unam quidem ante sæcula ex Patre sine tempore incorporaliter, alteram vero in ultimis diebus ejusdem ipsius qui de cœlis descendit, et incarnatus de sancta gloriosa Dei genitrice semperque Virgine Maria, qui natus est ex ea, talis anath. sit.

III. S. q. dicit, alium esse Deum Verbum qui miracula fecit, et alium Christum qui passus est, vel Deum Verbum cum Christo esse nascente de muliere, vel in ipso esse, et alterum in altero et non unum eumdemque Dominum N. J. C. Dei Verbum incarnatum et hominem factum, et ejusdem miracula ac passiones quas voluntarie carne sustinuit, talis anath. sit.

IV. S.q. dicit, secundum gratiam, vel secundum operationem, vel secundum dignitatem, vel secundum qualitatem honoris, vel secundum auctoritatem, aut relationem, aut effectum, aut virtutem, unitionem Dei Verbi ad hominem factam esse, vel secundum bonam voluntatem, quasi quod placuit Deo Verbo homo, ei quod bene visum est et de ipso (sicut Theodorus insaniens dixit) vel secundum homonymiam, per quam Nestorius Deum Verbum Filium et Christum vocantes et hominem separatim Christum et Filium nominantes et duas personas evidenter dicentes, per solam nominationem, et honorem, et dignitatem, et adorationem, unam personam et unum Filium, et unum, et unam Christum confingunt dicere: sed non confitentur unitatem Dei Verbi ad carnem animatam anima rationali et intellectuali secundum compositionem sive secundum subsistentiam factam esse. sicut sancti Patres docuerunt et idcirco unam ejus subsistentiam compositam, qui est D. n. J. C, unus de sancta Trinitate, talis analbsit. Cum enim multis modis unitas intelligatur, qui impietatem Apollinaris et Eutychetis sequuntur, interemptionem eorum quae convenerunt, volentes, unitionem secundum confusionem dicunt. Theodori autem et Nestorii sequaces, divisionem gaudentes, affectualem unitatem introducunt. Sancta Dei Ecclesia utraque perfidiae impietatem rejiciens, unionem Dei Verbi ad carnem secundum compositionem confitetur, quod est secundum subsistentiam. Unitio enim per compositionem in mysterio Christi, non solum inconfuse ea quae convenerunt, conservat, sed neque divisionem suscipit.

V. S.q. unam subsistentiam D. n. J. C. sic intelligit, tamquam suscipientem plurimarum subsistentiarum significationem, et per hoc introducere conatur in mysterio Christi duas subsistentias seu duas personas, et duarum personarum, quas introducit, unam personam dicit secundum dignitatem, et honorem et adorationem, sicut Theodorus

VI.

VII.

et Nestorius insanientes conscripserunt, et calumniantur S. Synodum Chalcedon. tanquam secundum istum ejus impium intellectum unius subsistentiæ attentem vocabulo, sed non confitetur Deo Verbum carne secundum subsistentiam unitum esse, et propter hoc unam ejus subsistentiam seu unam personam, et sic et sanctum Chalcedonense Concilium unam subsistentiam D.N.J.C. confessum esse, talis anath sit. Neque enim adjectionem personæ vel subsistentiæ suscepit sancta Trinitas ex incarnato uno de sancta Trinitate Deo Verbo.

VI. S.q. abscisè et non verè Dei genitricem dicit sanctam gloriosam Semper Virginem Mariam, vel secundum relationem, quasi homine purè nato, sed non Deo Verbo incarnato, et nato ex ipsa, referenda autem, sicut illi dicunt, hominis nativitate ad Deum Verbum, eò quod cum homine erat nascente; et calumniatur sanctam Chalcedonensem Synodum, tanquam secundum impium istum intellectum, quem Theodorus execrandus adinvenit, Dei genitricem Virginem dicentem, vel qui hominis genitricem vocat, aut Christotocon, id est Christi genitricem, tanquam Christus Deus non esset, et non propriè et verè Dei genitricem ipsam confitetur, eò quod ipse qui ante sæcula ex Patre natus est Deus Verbum in ultimis diebus ex ipsa incarnatus, et natus est, et sic piè sanctam Chalcedonensem Synodum Dei genitricem eam esse confessam, talis anath sit.

VII. S.q. in duabus naturis dicens, non ut in Deitate et humanitate unum D.N.J.C. cognoscit confitetur, ut per hoc significet differentiam naturarum in quibus inconfusè ineffabilis unitio facta est, neque Deo Verbo in carnis naturam transmutato, neque in verbi naturam transducta, (manet enim utrumque hoc quod est natura, etiam facta unitate secundum subsistentiam) sed pro divisione per partem, talem ejecit vocem in uno Christi, vel numerum naturarum confitendo in eodem D.N.J.C. Deo Verbo incarnato, non intellecta tantummodo differentiam ejecit earum, ex quibus et compositus est,

non interemptam propter unitatem (unus enim ex utroque est per unam utraque) sed in hoc numero aliter, ut separatim unamquamque naturam suam habente subsistentiam, anath. sit.

VIII. S. q. ex duabus naturis, deitatis et humanitatis, confitetur unitatem factam esse, vel unam naturam Dei Verbi incarnatam dicens, non sic ea exegit, sicut Patres docuerunt, quod ex divina natura et humana, unitione secundum subsistentiam facta, unus Christus effectus est, sed ex talibus vocibus unam naturam sive substantiam deitatis et carnis Christi introducere conatur, talis anath. sit. Secundum subsistentiam enim dicentes unigenitum Deum Verbum carni unitum esse, non confusionem aliquam naturarum in se invicem factam esse dicimus, sed magis permanente utraque, hoc quod est unitum esse carni Deum Verbum intelligimus. Propter quod unus est Christus, Deus et homo, idem ipse consubstantialis Patri secundum deitatem, et consubstantialis nobis secundum humanitatem. Aequaliter enim et eos qui per partem dividunt vel incidunt, et eos qui confundunt divinae dispensationis mysterium Christi, rejicit et anathematizat Dei Ecclesia.

IX. S. q. in duabus naturis adorari dicit Christum, ex quo duas adorationes introducunt, separatim Dei Verbo, et separatim homini: vel si quis ad interemptionem, vel ad confusionem deitatis et humanitatis, unam naturam sive substantiam eorum quae convenerunt introducens, sic Christum adorat, sed non una adoratione Deum Verbum incarnatum cum propria ejus carne adorat, sicut ab initio Dei Ecclesia tradidit est, talis anath. sit.

X. S. q. non confitetur, D. N. J. C. qui crucifixus est carne, Deum esse verum et Dominum gloriae, et unum de Sancta Trinitate, talis anath. sit.

